J. H. LAMBERT
SUPPLEMENTA TABULARUM LOGARITHMICARUM ET TRIGONOMETRICARUM

AUSPICIIS
ALMÆ ACADEMIÆ REGIÆ
SCIENTIARUM
OLISIPONENSIS
CUM VERSIONE INTRODUTIONIS
GERMANICÆ IN LATINUM SERMONEM,
SECUNDUM ULTIMA AUCTORIS CONSILIA AMPLIFICATA.
CURANTE
ANTONIO FELKEL.

OLISIPONE
EX TYPOGRAPHIA REGIÆ ACADEMIÆ
SCIENTIARUM.
ANNO MDCCXCVIII.
Permiſſu Regio.

Grandia jam pretio, jam mole, volumina terrent,
Copia mole nucis multiplicata juvet.

ARTIGO
EXTRAHIDO DAS ACTAS
DA
ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS

Da Sessaõ de 5 de Outubro de 1796.

Determina a Academia Real das Sciencias, que as Taboadas de J. H. Lambert *para servir de Supplemento ás* Taboadas Logarithmicas e Trigonometricas, *as quaes lhe foraõ apresentadas por Antonio Felkel com a Traducçaõ Latina da sua Introducçaõ e explicações, sejaõ impressas á custa da Sociedade, e debaixo do seu previlegio. Em fé do que assignei a presente Certidaõ. Lisboa 3 de Abril de 1798.*

FRANCISCO DE BORJA GARÇAÕ STOCKLER
Secretario.

PRÆFATIO INTERPRETIS.

IMmortalis J. H. *Lamberti* memoria per orbem litteratum vulgatiſſima, gentibus in extrema Occidentis ora ſitis pridem innotuerat ex verſionibus diverſorum ejus Operum Gallicis. Unum tamen eorum magis illuſtre operam fefellit Bibliopolarum textu ſuo Germanico præmiſſo; nempe: *Supplementa Tabularum Logarithmicarum* &c. Quod cum primariis Mathematum Cultoribus Regiæ Academiæ Scientiarum Oliſiponenſis innoteſceret, non dubitaverunt, Rempublicam litteratam hac acceſſione amplificare, dando mihi in commiſſis, ut verſionem illis propoſitam continuatam uſui publico aptarem.

Quam provinciam tanto majori propenſione in me ſuſcepi ob perſonalem erga cl. hunc Virum affectionem, qui me poſtremis vitæ ſuæ annis litterarum ſuarum commercio honoravit; quamvis præmatura morte abreptus laborum ejus conſilio ſuſceptorum triumphum videre non potuerit.

Interea conſecutus eam conatuum meorum palmam, quæ in fine Tom. V. *Commercii litterarii Lambertini* publicam meruit lucem, non deſtiti proſequi quædam objecta illius votis expetita ac conſiliis accommodata; quæ proinde mihi jus quoddam primarium vindicant, in aliquas hujus Operis partes mutandas, amplificandas aut ſubſtituendas.

Quo tamen loco habenda ſint jura ac merita, quibus in arenam tantis Heroibus illuſtratam deſcendi, brevis laborum meorum perluſtratio extra dubium ponere debet. Non repetam hic, quæ dicto loco de ratione ſtudiorum meorum mathematicorum referuntur. Ne tamen cœco quodam impetu affectaſſe videar jura ab aliis quæſita, breviter referam, quæ ſtratis his viis conſecuta ſunt, contentus

tus limitibus Operis, cujus *notitiam præviam* gratiſſimam fore judicavi ſcientiarum mathematicarum Cultoribus; miſſis aliis.

Tardum ſtudiorum meorum mathematicorum initium anno ætatis 35, et quædam memorandi ac imitandi difficultas longe a conatibus meis removerant ſpem, cum magnis ingeniis de principatu contendendi in ſublimioribus ac methodicis hujus ſcientiæ gradibus. Quare contractis velis, ſecutus naturalem quandam inclinationem propriis armis contendendi, inhæſi ſubſidiis quibusdam pro uſu aut delectamento deſideratis, ductus tamen judicio (ne dicam præjudicio): *Ab aliis infecta ab eorum conſiliis ac methodis non eſſe repetenda*; præſertim ubi ad ſumma enitendum eſt, uſus Proverbio: *Aut Cæſar aut nihil*; propriis itaque viis ac nervis nitendum, ut *maximum* quidquam aut obtineatur, aut omnino omittatur.

Igitur perſuaſus, non paucas *leges relativas* numerorum formulis ſolutariis hucusque inacceſſas, virorumque veritatibus ſublimioribus diſtentorum conatibus intactas, numerorum homogeneorum juxta ſe poſitione, elementaribus adeo conatibus reddi poſſe pervias; formulis communibus haud anxie quæſitis, numerorum immenſam rimatus ſum congeriem.

Quo intuitu Cl. L. *Euler* illuſtrem materiam mihi ſuggeſſit in ſuæ *Algebræ Lundi* anno 1768 impreſſæ principio, ubi difficultatum meminit *Factores* magnorum numerorum evolvendi. Extemplo miſſis libris tardisque Scholaſticorum viis ad *Tabulas Factorum* conſuetudine majores conſtruendas me compoſui, confecto paucis diebus inſtrumento, cujus ope me victorem omnium difficultatum et Computatorum quotcunque æmulantium fore non dubitavi; baſimque impreſſam pro aliquot millionibus procuravi. Accidit hoc Octobri 1775, tempore ſcilicet feriarum.

Obtentis ſubinde *Supplementis* hiſce Lambertinis mirum in modum confirmatus ſum in hoc propoſito, lecto fine Introductionis ſuæ; litterarumque commercium inivi cum Viro clariſſimo.

Quo in negotio ne conamina aliorum unita, aut deliberationes jam ſuperfluæ moram aut præventionem cauſarent,

rent, oppreſſi omnes, abſolutis una manu duabus millionibus ſpatio 16 menſium, expoſitisque præter conſuetudinem aliorum omnibus cujusvis numeri Factoribus; ſubminiſtrante pro typo, ſine mora incepto impenſas, Imperatore Joſepho II.

Effectus ſupra omnium fidem fuit, doloque extraneorum centro eruditionis propiorum prævalente deſiſtendum a typo ad 408000 progreſſo, reconditis Tabulis in ærario Principis.

Cognita tandem methodi meæ præſtantia anno 1784 a diverſis Academicis extraneis præprimis *Berolinenſibus*, concurrentibusque in partem Operis reformati (nomine: *Tabulæ Factorum redivivæ*) nec recepto primo Originali ad hunc finem neceſſario, anno 1785 computavi pro ſecunda vice, ſpatio temporis anguſtiore *Tabulas Factorum* uſque ad ſeptuplum impreſſarum, ſeu ad limitem 2,856.000. Et hoc intuitu certum eſt, me prope 5 Millionum computatarum auctorem extitiſſe.

Verum quantum ego ſenſi opem Tabularum ad limites tam remotos progredientium, tantum territus fui ab incommodis tanti voluminis, et a manifeſta impoſſibilitate hoc typis vulgandi. Quare propoſitum integras decem Milliones finiendi ſemper dilatum manſit. Depoſito interim, anno 1791 vocatus et abiens Olifiponem, tanto pignore in manibus Mathematicorum Pragenſium, tanto magis ægre tuli jacturam vigiliarum ſecundarum.

Senſeram hoc incommodum jam ante ſecunda molimina; quare omni contentione adlaboravi, ut conderem opus quoddam portatile, cujus ope minimo temporis diſpendio evolvi poſſent Diviſores numerorum non impreſſorum. Verum diverſis tentaminibus jam in molem, jam in operam divergentibus, prætuli onus Tabularum completarum. Urgente vero jam tertia vice neceſſitate, nodum tandem feliciter extricavi feriis autumnalibus anno 1793, et menſibus ſubſequentibus, conſtructis 15 baſibus in tot foliis, quarum ope evolvuntur Factores omnium numerorum infra 24 Milliones, Factoribus tamen minimis non excedentibus 400.

Verum haud pridem finivi methodum extendendi Factores

tores eodem ſpatio folii ultra 1000; et Tubulas ultra 100 Milliones, aucto baſium numero ad folia 65; reſeratis quolibet folio Factoribus numerorum 1,536,000.

Talibus ſubſidiis armatus progredi potui ad alias inquiſitiones extraordinarias; quarum præcipuæ erant *Series Fractionum decimalium* (mihi potius *n* malium) pertractatarum ab Academicis Berolinenſibus, aliisque illuſtribus Mathematicis temporum antiquorum, in *Memorialibus* de 1771; quas primum cognovi ex Cl. *Hindenburgi Nova Methodo indagandi Proprietates numerorum æquali lege progredientium ope Numerationis aut Dimenſionis. Lipſiæ* 1776.

Verum aſpernatus nomen ſyſtematis *Decimalis* et cujuscumque *particularis*, refugiendum putavi ad ſyſtema *indefinitum* ſeu *univerſale*; niſi pridem inventis denuo inſudare congruum videretur.

Quare conſtructa quadam *Arithmetica univerſali in numeris*, (adjecta jam tum anno 1778 in titulo intentione ſpeciali: *Ad inveniendas diverſas leges, proprietates et arcana numerorum*) diverſa detexi de ſeriebus etiam decimalibus antea non obſervata, viamque oſtendi: *Fractiones periodicas cujuscumque ſyſtematis immediate transferendi in ſyſtema quodcumque diverſum.* Quam materiam Societas Eruditorum Pragenſium, tamquam inventionem prorſus novam ſuis inſeruit Tractatibus anno 1785, præmio mihi oblato. Opuſculum vero, ſeu Arithmeticam univerſalem pro baſi ſubſtructam alia occaſione imprimendum commendavit. Quod quamvis temporum injuria periverit, reſurget propediem adæquatius, ubi opportunum fuerit.

Verſatis hac occaſione denuo in omnes partes *legibus periodicis Fractionum*, non ſatis congruum viſum eſt intueuti ſeriem Quotorum articulatim ſubſequentium, in qua eadem ſigna temere quodammodo ſparſa, ſine diſtinctione notabili toties fere recurrunt, quoties Denominator ſyſtematis (nobis 10) continetur in Diviſore ſuo, ſeu duce ſeriei. (Sic v. g. in ſerie de 97 quodvis ſignum decimale numerorum fere decies recurrat neceſſe eſt.).

Quare converſis ſtudiis ad leges tandem deventum eſt, ex unica ſerie completa dati numeri primo intuitu, ac ſine

ſine omni confuſione deducendi quamvis ſeriem ſeu completam ſive incompletam cujusque alius numeri in ſyſtema vocati. Quare *Series*, ſeu *Periodos Syſtematum* compellare placuit.

Quo in negotio nequis jam porro operam perdat, aſſignata et computata ſunt pro omnibus numeris primis ultra 1000 Syſtemata Denominatoris minimi completam ſeriem producentia, a quibus omnia reliqua dependent. Simili prorſus ratione deciſum eſt de legibus Serierum numerorum compoſitorum ac potentiarum plurimum diverſis ab illis, et inter ſe.

Horum ſpeciminum, præter dicta, vix aliqua fragmenta in aliorum manus devenerunt, nec jam, ut diſſoluta catenæ membra, defectu ſubſidiorum ſubſequentium majoris emolumenti, in præſentia hujus operis quidquam valere poſſunt. Quare ſponte ſua ad præſentem fontem confluunt, lucem ſibi mutuo ſpargentia.

Ac proinde fragmenta antea multum voluminoſa, nunc vero ad formam compendioſiorem redacta, tanta approbatione accepta in forma ſua primaria, Probatorum ſuorum fidem coronaverunt conſequentiis ſemper majoribus, quarum ſeries inexhauſta videtur. Cujus rei illuſtre exemplum eſt, quod ſequitur.

Exantlatis his laboribus, et legibus ſerierum univerſalibus tam feliciter definitis, facillimus ac lucidiſſimus regreſſus ad Fractiones fuit. Et quia frequentiſſimi ſunt caſus, ubi requiruntur celerrimæ reductiones, comparationes et applicationes qualescunque fractionum tum naturalium, tum artificialium, numerorumque rationes inter ſe; computatæ ſunt Tabulæ Fractionum naturalium omnium, vel quod idem eſt, exponentes rationum quorumque numerorum duorum primorum inter ſe intra limites 1 et $\frac{1}{200}$, vel ſi mavis intra 200 et 1, in decem notis decimalibus, et congeſtæ in ordines, continentes 12205 tales caſus tamquam omnes poſſibiles, cum inſtructione ac ſubſidiis de uſu earum accommodatiſſimo. Cujus rei ſpecimen noluimus detinere appetentibus.

Ne tamen hoc accrementum gravaret primos emptores, contenti fuimus cum quarta parte infra 1 et $\frac{1}{100}$, nomine *Supplementi ſecundi ad Tabulas mathematicas*: ut pluribus oſtendit Inſtructio particularis de uſu hujus ſupplementi.

Verum quantum natura faveat ſubſidiis ex ipſo fonte hauſtis diligentiore harum tabularum inſpectione repertum eſt. Quippe earum ope non ſolum ſeries decimales &c. ad quemvis terminum continuantur facillime immediate, et abſque ullo errandi periculo; verum ipſa adeo Producta et Quota jam immediate jam mediate expreſſa reperiuntur, ut ita cum Logarithmis artificialibus in contentionem venire videantur.

Quid multa? Meſſis uberrima, maturrima, prorſusque nova per incultum quemdam numerorum campum diffuſa ſe offert ſcientiarum mathematicarum cultoribus. Ex fragmentis recenſitis rite ordinatis itaque conſurget (immo jam confectum, typoque accommodatum eſt, deficiente ſolum introductione, partiumque quarumdam nexu) Opus quoddam integrale, quod *ordiens ab evolutione Factorum numerorum* infra 24 (aut omnino 100) Milliones tranſit ad *Arithmeticam univerſalem tamquam baſim*, dominans *Diviſoribus periodicis* ratione potente, efficaci ac evidente; Inde a *Traductione Periodorum ſpecialium* inter ſe ad *leges periodicas univerſales*, ſine reſtrictione ad ſyſtema ſpeciale: Legibusque periodicis ita ſtabilitis redit ad *valores quantitatum numericarum* tum *reſpectivos*, tum *abſolutos*; ſternens viam ad *Quota* et *Producta* ex ipſis numerorum viſceribus prodeuntia &c.

Celerrimus horum conaminum progreſſus, et continuationis facilitas; paſſibus jam ex omni parte definitis ac dimenſis, ſecundum præ ſe tulit emolumentum, quod eſt incredibilis Tabularum accuratio, quæ rariſſime obtinetur in tabulis congeſtis a diverſis computatoribus, aut temporum ac locorum viciſſitudinibus diſtractis.

Sed ne pluribus perſequar commoda, quorum copia immenſa videtur, ſatis erit, perruptis quodammodo numerorum repagulis hic pandi divitias novas ab indigeſtis numerorum maſſis hactenus inſeparabiles.

Quo in negotio non parum debetur benignæ attentioni et generoſitati R. Academiæ Scientiarum ſuperius celebratæ, præ primis vero quibusdam Mathematicis illius membris, qui collatis ad illius conſummationem ſubſidiis, nullo partium propriique commodi ſtudio retenti animad-

ver-

verſionibus perſpicaciſſimis operis ad finem ſuum conformitatem promoverunt.

Totum ,hoc Opus , niſi ejus continuatio tam facilis quam infallibilis votis majoribus reſponderit , cum ipſa ampliandi methodo tribus Alphabetis in folio comprehendi poterit.

Quibus ita conſtitutis , ſperamus a Viris potentibus , lucem mathematicam ſemper majorem anhelantibus proviſum iri , ut venam tam uberem proprietatum numericarum recentiſſime apertam quam primum publice promanare faciant.

Sed ~~jam~~ redeo ad ſcopum mihi propoſitum reddens textum tanti Viri abſque ulla mutatione , ut innoteſcat tanto loculentius , quo fundamento nitantur mutationes a me factæ in partibus quibusdam Operis , quæ fere redeunt ad Factores omnes omiſſo ſolum maximo expoſitos , et quædam typi compendia , reſectis ſignis numerorum iterato recurrentibus. Reliqua ſparſis ſub litteris Græcis Annotationibus comprehendi ; ut temporum commoda ſuis locis inſerta lectione ſucceſſiva tanto penitius colligi poſſint. Siquam hac ratione præſtitero ſatisfactionem Scientiarum Mathematicarum Cultoribus , acquieſcam ; ſpe fretus laborum meorum inperfectiones ab omnibus excuſatum iri , qui aut ſtudiorum meorum impedimenta norunt , aut partem conſiderant , in qua tot annis quodammodo primus ſpeculator extiti , quibusdam moliminibus haud parum extenſis terminum poſiturus.

Latinitatis ſplendorem minus anxie quæſivi , quam genuinum Auctoris ſenſum in Opere Euclideo. Data tamen opera traduxi Titulum alius Operis Germanici ejusdem Auctoris , aliquoties allegati : *Beitræge zur Mathematik* &c. per nomen *Additamentorum ad Matheſim* , quod idem magis proprie redderetur ~~per~~ *Supplementa* ; niſi periculum foret *Opuſculum* præſens cum altero confundendi.

Denique ne typus præſentis partis retardetur , reſervamus quaſdam adverſiones pro Introductione Supplementi ſecundi ſubjiciendas.

PRÆFATIO AUCTORIS.

QUIA plurima, quæ de præſente Tabularum Collectione mihi dicenda eſſent, in Introductione ſpeciali pertracto; ſupereſt admonere, me in gratiam Extraneorum, in quorum manus devenient, Inſcriptionem Tabularum Latino Idiomate expreſſiſſe. Hæ enim Inſcriptiones illis ſufficere poſſunt ad cognoſcendum finem et uſum; etiamſi propterea Inſtructio Germanica non ſit futura ſuperflua. Cæterum hæc Collectio ſyſtema quoddam format, quod perfectius formaſſem, ſi mihi adhibitis omnibus memoriæ ſubſidiis, omnia in mentem veniſſent.

Interea nonnullæ Tabulæ, v. g. illæ de Polygonis et Corporibus regularibus aliæque data opera omiſſæ ſunt. Aliæ, v. g. Tabula de Triangulis ſphæricis, non adhuc videbantur matura ad edendum.

Pari ratione etiam tales Tabulas, quæ ad ſubſidium calculi integralis ſervire poſſent, diſtuli.

Hæc omnia, præter illa, quæ porro in mentem venerint, aut etiam a Mathematicæ Cultoribus communicata aut propoſita fuerint, ad ulteriora *Supplementa* occaſionem dare poterunt.

Hoc modo adhuc durante typo adjeci Tabulam XLIV, quæ in multis caſibus uſui eſſe poterit. Pro accuratione typi omnis diligentia adhibita fuit.

INDEX

Tabularum, et Articulorum in Præfatione correſpondentium.

Quædam Annotationes Speciales in Introductione.

INTRODUCTIO.

HOC nomine declarabo Titulum, et occaſionem Operis, aliosque intentus ad diſpoſitionem Operis pertinentes.

Qui Matheſim non ſolum addiſcunt, verum etiam applicant, experientia ſciunt, eſſe numeros, rationes, formulas, et computationes, quæ ideo, quod ſæpius occurrunt, ſemel pro ſemper confici, et conſervari merentur; ut operæ parcatur, ea multoties inveniendi, et computandi de novo. Hæc eſt ratio, quod in omnibus Matheſeos partibus, quidquid in Tabulas redigi potuit, Tabulis exhibeatur. Pythagoras cum Abaco ſuo initium fecit; et exinde usque in hodiernum diem numerus talium Tabularum ita increvit, ut ſimul ſumptæ complures Foliantes impleturæ eſſent; neque dubium eſt, illas porro auctum iri.

Interim dividi poſſunt in duas claſſes generales. In primam claſſem referendæ ſunt eæ Tabulæ, *quæ ſerviunt ſingulis Matheſeos applicatæ partibus ſeorſim.* Inter illas Tabulæ Aſtronomicæ quaſi unicæ ſunt, quæ ſeorſim eduntur, reliquæ in iis Scientiarum ſpecialium Tractatibus occurrere ſolent, ad quas referuntur. Prætereo hic ſingulas, quia ſolum de altera claſſe generali tractaturus ſum. Hæc comprehendit eas Tabulas, quæ ſine diſcrimine in omnibus Mathematices partibus uſum habent, et ad *Matheſim puram* referri debent.

Harum notiſſimæ ſunt: Tabulæ numerorum quadratorum et cubicorum, et præter illas præprimis Logarithmicæ et Trigonometricæ.

Numeri quadrati inveniuntur in *Ludolphi* Tetragonometria ab 1 usque 100000 ſatis accurati. Numeros quadratos et cubicos ab 1 usque 12000 exhibuit *Buchnerus*, ſed plenos errorum. Tabularum Logarithmicarum et Trigonometricarum *Shervinus* et *Gardiner* tam accuratione quam commoditate tradiderunt præſtantiſſimas.

Præter iſtas *Joncourtius* edidit Tabulam numerorum Trigonalium, quorum utilitas haud ampla eſt. Meliores utilioresque forent eæ Tabulæ, quæ numeros figuratos in genere ad ampliores limites exhiberent.

Hæ tabulæ æſtimantur præprimis commoditatis cauſa, quia numeros ſæpius computandos jam factos exhibent. Reſtat autem Tabula, ubi uſum habet, multo magis neceſſaria. Hæc eſt *Tabula Diviſorum ſeu Factorum numerorum.* Non habetur adhuc regula generalis dignoſcendi, an numerus propoſitus primus ſit, nec ne. Quoties itaque neceſſe eſt, numerum datum in ſuos Diviſores reſolvere, gratiſſimum eſt, eum evolvere in Tabula, ejusque Diviſores exſcribere poſſe.

Non repetam hic, quod in ſecunda Parte *Additamentorum ad Matheſim* hac de re protuli. Monſtravi ibi, quam compendioſe tales Tabulæ diſponi poſſint, proponens in latere unius folii Tabulam Factorum ab 1 usque 10200. Proxima ſequela fuit, hac ratione Foliantem de non amplius, quam 50 plagulis exhibere poſſe Diviſores omnium numerorum per 2, 3, 5 non diviſibilium ab 1 usque 1,020.000 α) Sciebam tum de Tabulis *Pellii* ſollum hoc, quod *Peëtius* in ſua Arithmetica refert; et contentus Computatione *Poëtii*, ei ſolum dedi diſpoſitionem compendiſiorem. Oſtendi poſtea Tabulam ante typum D. *de la Grange*; qui pariter nihil præterea ſciens, deſideravit typos hujus Tabulæ ad ſuos correſpondentes tranſmittendos.

Retardato interea typo D. *de la Grange* paulo diligentius inquirens invenit Tabulam *Pellii* usque ad 100.000 ac proinde decies extenſiorem, quam *Poëtii* et *Anjemæ*, contentam tam in *Dictionario Encyclopedico*, quam in Lexico *Harriſii* Scientiarum et Artium. Et evolvens amplius opera *Walliſii*, inveni ibi errores typi 30, quos *Walliſius* in Tabula *Poëtii* annotaverat, in *Pellii* annotatis omiſſos. *Walliſius* credidit, has Tabulas jam penitus eſſe emendatas. Haud certus ſum, an W*alliſius* omnes numeros denuo computaverit; neque adeo, an ambo hæc Lexica contineant omnes has correctiones.

Inveniebantur in fine *Algebræ Pellianæ*, quæ referente Walliſio *Thomas Brankerus* annuente *Pellio* ex Germanico in Gallicum traduxit et 1668 edidit Londini. Hoc opus numquam vidi. Diſpoſita proinde Tabula ſicut exiſtit in Dictionario Encyclopedico in dictam formam compendioſam, inveni præter errores a W*alliſio* expoſitos adhuc fere 60 alios, propter ordinem mutatum facile apparentes. Plurimi conſiſtebant in eo, quod nota numeri 3 permutata eſſet cum littera *p*, quæ numerum primum indicabat; et hoc poterat provenire de Manuſcripto minus legibili. Nam et in Dictionario W*alliſii* occurrunt ſimiles permutationes. β)

α) Ignarus horum conſiliorum (ordine enim duobus fere menſibus ſtabilito, horum Supplementorum copia mihi primum facta eſt &c.) cum A. 1775. m. Octobri moleſtas Factores exponendi vias pertæſus, compendia calculi evidenter breviſſima inquirerem: non ſolum inveni formam *omnes diviſores numerorum excepto maximo*, ab 1 usque 1,008.000 in ſpatio 42 plagularum repræſentandi, verum etiam reipſa opus ſpatio 16 menſium usque ad 2,016.000 confeci, annoque 1785 (animatus applauſu diverſorum Academicorum) ad 5,000.000 usque continuavi. Vide Commerc. litter. Germ. Lamberti. Tom. V. Conſilium annis ſubſequentibus (1793—94) feliciter mutatum Vid. Præfat. interpret. et infra.

β) Quam arduum ſit, Opus numericum omni errore liberum ſiſtere, apparet ex ipſa hac Diviſorum tabula, in qua tanta tanti viri diligen-

Pel-

Pellius interea contentus fuit, cujusque numeri compoſiti minimum Diviſorem exponere. Quo ſi dividatur numerus, quotus porro evolvendus eſt, ut appareat, an numerus porro diviſibilis ſit, nec ne. Et hoc intuitu ejus Tabula minus abſoluta eſt, quam ea, cujus in II. Parte *Additamentorum* memini; etſi ſolum extendatur uſque ad 10200. Et inſuper difficilius eſt emendare errores typi, quam ubi omnes diviſores exponuntur. γ.

Interea cum *Pellii* Tabulla multo melior ſit quam nulla, ejusque Algebra, *Harriſii* Lexicon in Germania rarum, et *Dictionarium Encyclopedicum* in paucorum manibus habeatur; cumque compendioſa 8vi forma multo commodior ſit; credebam per editionem Tabulæ Pellianæ me Mathematicis rem gratam facturum. Hæc Tabula hic a 100000 usque ad 102000 extenſa eſt. Et pari ratione annexui numeros primos ab 1 usque 101999. Illi ab 1 usque 100999 ex *Krügeri* cogitationibus ſuper Algebram ſumpti ſunt, poſſuntque cum illis in Tabula Pellii comparari. δ.

Krügerus eos acceperat a quodam *Petro Jæger* ſcriptos, qui computatione eorum plurimum meritus eſſe putabatur, contentusque erat promiſſo, fore, ut typo publici uſus fierent. Utilitas earum Tabularum non efficit omnia, quæ de his porro deſiderantur. Et præprimis a tempore inventi calculi Univerſalis et Integralis aliæ requiruntur. Univerſalis finis talium Tabularum eſt, *ut ſemel pro ſemper computetur, quod ſæpius de novo computandum foret; et ut pro omni caſu computetur, quod in futurum pro quovis caſu computatum deſiderabitur.*

Hanc regulam ſequenti ratione ſecutus ſum; Scripſi numeros et formulas, quarum frequentem uſum prævidi, ad paginas albas et folia occurrentia in Tabulis Trigonometricis *Vlacci*; et his non ſufficientibus inſerui folia nova, ſucceſſu temporis porro impleta; deficiente jam ſpatio pro novis, etſi aliquas Tabulas ampliores porro diſtulerim. Tandem decrevi, ex dicta *Pellii* tabula, aliisque ſucceſſive collectis formare quoddam ſyſtema typis vulgandum. Inde liquet, ſine admonitione, titulum: *Supplementum ad Tabulas Logarithmicas et Trigonometricas* eſſe maxime adæquatum, præſertim cum hoc nomine ſemper plura ſubſequi poſſint.

Tabulæ præſentes jam referunt: *Diviſores Numerorum*, *Lo-*

---

tia præcavere non potuit, quin adhuc 73 errores tum calculi, tum typi irrepſiſſent. Verum cum (juxta notam α) media mihi ſuppetant ab erroribus omnino libera, dubium nullum eſt, has tabulas ante typum cum diverſis formis collatas, jam nulli erroris ſuſpicioni eſſe poſſe obnoxias.

γ. Status præſentium Tabularum reformatus omnibus poſtulationibus ſatisfacit; correctione accuratiſſima, etiamſi abſit maximus diviſor. Vide etiam inferius §. 3. Nota η.

δ. In præſenti ſubſidiorum abundantia ſuperfluum eſt ad tales reviſiones recurrere.

garithmos, *Rationes Trigonometricas*, *Extractiones Radicum*, *Reſolutiones Æquationum*, *Rationes Serierum infinitarum*, *Interpolationes*, *Computationem aliarum Tabularum* &c. atque ideo talia objecta, quæ verſantibus in ſcientiis mathematicis quam frequentiſſime occurrunt.

Annotavi jam Tom. II. *Additamentorum* ad Matheſim, Tabulas Diviſorum *iterum iterumque de novo computatas*. Hoc veroſimiliter porro ſuccedet. Quilibet enim ſentit neceſſitatem poſſidendi tales Tabulas; et pauciſſimi ſciunt, eas jam ſæpius Typis vulgatas eſſe. Non omnino quæruntur, niſi jam ſciatur, in *Algebra Pellii*, in *Arithmetica Poëtii* cum Algebra parallela, in *Lexico Harriſii*, in *Dictionario Encyclopedico*. Et in tantum *Anjema* unicus eſt, qui tales Tabulas ſeorſim edidit. Interea rationem habeo exiſtimandi, multos, qui emerunt *Algebram Pellii* aut *Poëtii*, eam emiſſe ob Tabulas annexas; ſumptis forſan ſolis Tabulis, neglecto Tractatu Algebrico. Hoc accidiſſe cum cogitationibus *Krügeri* ex pluribus exemplis reſcio. Diverſi Mathematici, quibus Krügerus vix aliquid novi dicere poterat de Algebra, neglectis cogitationibus ſervabant ſolum *numeros primos*. Sic v. g. eos inveni *Hagæ* in celebri licitatione de *König*. Et quamvis eos jam haberem in *Krügero* tamen comparavi denuo cum Tabulis *numerorum quadratorum* et *cubicorum Büchneri*. [ε]

Dixi paulo ante, fore, ut tales tabulæ porro computentur; et hoc certo fiet, niſi tam communes reddantur, ut Tabulæ. Logarithmorum, et Trigonometricæ. Fortaſſe titulus hic electus aliquid contribuere poterit. Saltem illi, qui *Vlacci*, *Wolfii*, *Shervini* et alias Tabulas poſſident, data occaſione quærent: Qualia Supplementa hæ Tabulæ habere poſſunt? Mihi ſaltem hæc interrogatio ſtatim in mentem veniret: An et ego empturus eſſem? Eadem ratione, ut mihi Tabulas diverſi generis Logarithmicas et Geometricas, Ludolphi Tetragonometriam, *Büchneri* numeros Quadratos et Cubicos, *Krügeri* (vel potius ingenui Petri *Jægeri*) numeros primos, et multitudinem Tabularum Aſtronomicarum comparavi.

Cum interea longinquus labor ſit, Tabulas Diviſorum ab 1 usque 102000 denuo computare, requiram Dominos Journaliſtas et alios Auctores; quibus hoc Opuſculum occurrit. Illi agent nempe amore hominum, facientes ſcientiis mathematicis rem gratiſſimam, ſi ad notificationem hujus Opuſculi pro viribus contulerint. Qui-

---

[ε] Hæ rationes temporum ſucceſſu evanuerunt; ipſeque *Lambert*, ſi ſuperſtes eſſet, deſideria ſua collaborantium æmulatione non impleta, ſed exceſſu eluſa conteſtari deberet; non tam ſpectato tenore commercij ſui litterarii, ſed multo magis eorum, quæ nomine *Clavis Factorum* in Præfatione J. uberius exponuntur.

cunque enim animum habet, tales tabulas porro computandi, utilius laborabit, hoc, quod hic usque ad 102000 exhibetur, duplo ulterius aut ad decuplum continuando, quam computatum denuo computando. Vere deſiderabile eſt, obtinere Tabulas Factorum usque ad 1.000.000 et amplius, in quibus diviſores immediate evolvantur.

Viro tam indefeſſo ac ſtrenuo promiſi in meis *Additamentis*, ſaltem quod ad me attinet, eamdem immortalitatem, quam *Nepper*, *Briggius*, *Vlaccus*, *Juſt. Byrgius*, *Rheticus*, *Pitiſcus*, *Gardiner*, *Shervin* Tabulis ſuis conſecuti ſunt. Contentus ero diſpoſitione compendioſa ζ) in *Additamentis* propoſita, coactus applicare tempus meum ad alia Propoſita et Diſquiſitiones; et facilius errans in vulgaribus, quam in complicatis calculationibus ultro ſuperſedeo labore calculationum iteratarum. Jam Tabulas collectas ſecundum ordinem perſequar, diſpoſitionem deſcribam, intentum definiam, uſum in genere oſtendam exemplis adductis. Hinc inde Annotationes affigam, quid de argumentis pro baſi aſſumptis porro ſtatui poſſit.

I.

Tabula Diviſorum ab 1 *usque* 102000, *Numerorum per* 2, 3, 5 *non diviſibilium.*

§. I.

DIſpoſitionem hujus Tabulæ jam in Additamentis ad Matheſim Tomo II. deſcripſi. Fundatur in lege, quod omnes numeri per 2, 3, 5 non diviſibiles, diviſi per 30 ſiſtunt 8 diverſa reſidua, (per 300 — 80 &c.) Qua conditione factum, ut quavis pagina duplicata hujus Tabulæ exponerentur 3000 numerori (*i. e.* 800 expoſitæ conditionis F.). Et ſic oſtenditur in fine cujusvis paginæ, quousque ultimus numerus pertingat. Ita pag. 1. ad 3000, 2da ad 6000, 3^{tia} ad 9000 extenditur, et quævis pagina progreditur amplius 3000 numeris.

§. 2. Jam quævis pagina ſecundum duo dimidia ſuperius dividitur in duo quadrata; tertium vero quadratum inferius dividitur in duo dimidia. Super quovis quadrato ponuntur numeri repræſentantes centena; et in ſerie perpendiculari, latere ſiniſtro exhiben-

---

ζ) Ex dictis in Nota α). apparet, ignorantiam hujus Diſpoſitionis (ſeu Typi), quæ videri poſſet poſſibilium compendioſiſſima, proprie cauſam extitiſſe Factores exhibendi per Tabulam alius generis, quæ præter compendium Typi, ſumma calculi compendia, cum naturali numerorum ordine ſumma inveniendi ac revidendi facilitate ac certitudine conjungit.

tur decades cum unitatibus adjungendæ dictis centenariis, ad repræſentandum omnes numeros non multiplos de 2; 3; 5.

§. 3. Dato proinde numero per 2, 3, 5 non diviſibili, reſpiciuntur centenarii illius ſuperinſcripti quadratis, et decades cum unitatibus in marginis ſiniſtri ſerie perpendiculari. Et in concurſu ſeriei perpendicularis centenariorum, et lineæ horizontalis decadum cum unitatibus, aut invenitur linea horizontalis, ſi nempe numerus datus eſt primus; aut numerus, qui eſt minimus diviſor numeri dati. [4]

---

[4] Ad unienda omnis generis Compendia, ipſius Auctoris poſtremis conſiliis expetita, ut primo intuitu dignoſci poſſit numerus et conditio diviſorum, quos tamen expreſſos non capit ſpatii anguſtia: ita proceſſimus ſervata Auctoris lege:

Omnis numerus diviſibilis aut duos ſolum Diviſores habet, aut plures. Si primum dividatur numerus datus per Factorem ſeu Diviſorem expoſitum, qui minimus eſt; et quotus erit alter confactor jam porro non diviſibilis: quod neminem gravare poteſt. Quodſi vero incertum ſit, an ille Quotus porro diviſibilis ſit, nec ne, pro omni caſu requiritur nova evolutio, quod terque quaterque accidere poteſt, donec appareant omnes diviſores ſimplices. Cui moleſtiæ ut pro ſemper occurratur, pro caſu duorum Factorum contenti fuimus minimo expoſito; ſi vero plures ſint diviſores, itidem expoſito minimo per numeros, majores expreſſimus ita, ut ſpatium numquam deficiat, ſubſtitutis in locum numerorum litteris, quæ immediate jungi poſſunt numeris, ſine permixtione, excluſo ut plurimum maximo Diviſore.

Jam ſi quærantur Diviſores numeri 94367, ejus loco occurrunt ſigna 7 *g h*; qui proinde primo intuitu cognoſcitur eſſe quatuor Diviſorum quorum tres expoſiti ſunt: 7. 13. 17. Litterarum enim valores uno intuitu cognoſcuntur ex præſente Tabula, quæ transſcripta in folium 8^{vi} et affixa ultimæ paginæ Tabularum, absque minima mora exponi, et pro omni caſu ſervire poteſt.

Imterpretatio Litterarum Diviſores repræſentantium.

a, *b*, *c*, *d*, *e* repræſentantes numeros primos 1, 2, 3, 5, 7 numquam occurrunt. Cæteræ ſunt:

$f = 11$
$g = 13$
$h = 17$
$i = 19$
$k = 23$
$l = 29$
$m = 31$
$n = 37$
$o = 41$
$p = 43$
$q = 47$
$r = 53$
$s = 59$
$t = 61$
$u = 67$
$v = 71$
$w = 73$
$x = 79$
$y = 83$
$z = 89$
$A = 97$
$B = 101$
$C = 103$
$D = 107$
$E = 109$
$F = 113$
$G = 127$
$H = 131$
$I = 137$
$K = 139$
$L = 149$
$M = 151$
$N = 157$
$O = 163$
$P = 167$
$Q = 173$

Altiores enim numeri excedentes $\sqrt{\frac{102000}{7}}$ in circumſtantiis expoſitis locum habere non poſſunt.

Jam diviſo dato numero $\frac{94367}{7} = 13481$; et $\frac{13481}{13} = 1037$; tan-

§. 4. Exemplis res clarior fiet: detur numerus 46547. Cum hic numerus cadat intra 42000 et 48000; evolvatur pagina, ubi ponitur infimo loco 48000. Jam quæratur ſuper quadratis numerus 465 centenariorum. Hi 465 reperiuntur in quadrati ſuperioris columnâ ſexta. Tum ſumantur decades cum unitatibus 47 in ſiniſtro margine. Tum progrediendo de centenariis 465 perpendiculariter deorſum, et de 47 horizontaliter dextrorſum, in concurſu amborum invenitur numerus 89 tamquam minimus Diviſor dati numeri 46547. Quo diviſo per 89 invenitur quotus 523. Qui numerus evolutus occurrit pagina prima in quadrato poſteriori infra 5 et de 23 dextrorſum; cujus loco occurrit linea horizontalis —; exquo liquet, numerum 523 eſſe primum; ac proinde numerum 46547 præter numeros 89 et 523 non habere diviſorem.

§. 5. Detur numerus 64067, poſitus intra 63000 et 66000. Quæratur proinde pagina, in cujus fine ponitur 66000; et tum parte poſteriore Quadrati inferioris, infra centena 640, et linea horizontali de 67 collimando invenitur linea —; exquo colligitur, numerum 64067 Diviſore perfecto deſtitui, id eſt, eſſe primum.

§. 6. Propoſito eodem modo numero 77211, invenirentur quidem pagina de 78000 ſuper quadratum inferius centenarii 772; abſentibus tamen decadibus cum unitatibus 11 ex parte ſiniſtra. Jam cum hic numerus in Tabula prorſus non occurrat, colligitur, eum per 2, 3 aut 5 diviſibilem eſſe. Sed manifeſtum eſt, eum neque per 2, neque per 5 eſſe diviſibilem, quia finitur unitate 1. Ac proinde per 3 diviſibilem eſſe oportet. Peracta diviſione, quotus eſt 25737. Hic quotus quæritur pagina 27000, ſed itidem abſens; ex quo apparet, eum porro per 3 eſſe diviſibilem. Peracta diviſione quotus 8579, pagina 9000 evolutus in quadrato inferiore infra 85, et directione de 79 refert 23 ut diviſorem minimum. Diviſo proinde numero 8579 per 23, obtinetur Quotus 373. Et iſte evolutus in pagina prima in Quadrato præcedente perducit ad lineam, tamquam numerum primum (ſeu indiviſibilem), ac proinde ceſſat inquiſitio. θ)

---

dem $\frac{1037}{17} = 61$, nobis ſiſtit Factorem maximum 61, loci anguſtia excluſum.

Occurrentibus Potentiis numerorum Exponens adhibetur; qui jam exhaurit omnes numeri Diviſores, jam excludit minorem maximo. Exemplo ſint numeri: $16807 = 7^5$; $57967 = 7^3\ g^2 = 7^3\ 13^2$; et $32851 = 7 i^2. = 7 . 19^2. (13)$. ubi excluditur 13. Quæ omnia conditionibus compendii, cum maximis, quæ locum habere poſſunt, emolumentis conjuncti ſatisfaciunt.

θ Quam commode hæ ambages per præſentem operis diſpoſitionem evitentur, ex dictis in Nota (4) manifeſtum eſt.

§. 7. Allegavi poſtremum hoc exemplum ideo, quia non ſemper reminiſcimur illico, priusquam evolvatur numerus in Tabulis, primo inquirendum eſſe, utrum per 2, 3, 5, et præprimis per 3 diviſibilis ſit? Poteſt tamen, ut patet ex exemplo adducto, examen omitti. Tum vero quando in Tabulis non invenitur numerus propoſitus, reminiſcendum eſt, diviſionem per 2, 3 aut 5 eſſe inſtituendam. Nam præter numeros pares etiam illi, qui cum 5 terminantur, omnesque per 3 diviſibiles, Tabula excluſi ſunt.

§. 8. Quia invento Diviſore ſemper opportunum eſt, Diviſionem reipſa peragere, adjunxi, exemplo *Pellii* Tabulam multiplicatoriam, quæ repræſentat quemque Diviſorem in Tabulis occurrentem multiplicatum cum 1, 2, 3, ... 9. Hæc Tabula itidem ſervire poteſt ad quaſcunque alias Diviſiones, ubi diviſor aut eſt numerus primus intra 2 et 313, (amplificata usque ad 401, quia ſervire poteſt ad novas baſes conſtruendas, reſtrictas ad folium ſimplex) aut numerus in tales numeros primos reſolubilis. Sic v. g. dato numero 71677, invenitur pagina de 72000 in poſteriore quadrato infra 716 et directione de 77 ejus diviſor minimus 229. Jam evoluto in Tabula multiplicatoria numero 229, mutatur Diviſio peragenda in meram deſcriptionem et ſubtractionem. Jam ſi dividendum eſſet per numerum 71677, pari facilitate initio per 229, tum vero Quotus per 313 dividi poſſet; præprimis ubi declinando fractiones ſufficit proprium Quotum exprimere partibus decimalibus.

$$
\begin{array}{r|r|l}
229 & 71677 & 313 \\
 & 687 & \\
\hline
 & 297 & \\
 & 229 & \\
\hline
 & 687 & \\
 & 687 & \\
\hline
 & 0 &
\end{array}
$$

Eſt proinde numerus
$71677 = 229 \,.\, 313.$

Reſpectu Multiplicationis æqualia compendia locum habere poſſunt. Interim fatendum eſt, utilius futurum fuiſſe, ſi placuiſſet *Pellio*, omnes cujuſque numeri Diviſores exponere. 1) Cum vero nonniſi minimum expoſuerit, neceſſeque ſit tandem reliquos dividendo et repetita evolutione reperire; uſus Tabulæ potiſſimum reſtringitur ad eos caſus, ubi neceſſe eſt invenire Diviſores ſine reſpectu ad majorem aut minorem temporis jacturam. Sunt interim tales caſus quam plurimi.

§. 9. Sic V. g. incidendo in calculatione in formulam . . . $\sqrt{(79^2 + 174^2)}$; facile invenitur $79^2 + 174^2 = 36517$. Ac proinde $\sqrt{(79^2 + 174^2)} = \sqrt{36517}$. Qui numerus quidem non eſt

---

1) Ex his dictis apparet, ***Lambertum*** ſola neceſſitate permotum uno Diviſore expoſito contentum fuiſſe; ac proinde reformationem nota γ. expoſitam illius votis quam maxime conſentaneam eſſe; præſertim cum modus hoc efficiendi compendio propoſito prorſus nihil officiat.

quadratus, quia ultima ejus nota eſt 7. Interea invenitur 36517 = 13.53.53; ac proinde $\sqrt{(79^2+174^2)} = 53\sqrt{13}$. Quæ formula multo ſimplicior eſt præcedente. Atque in calculo univerſali pridem more receptum eſt, formulas, quæ ſimplicius reddi poſſunt, reipſa ad minimam expreſſionem reducere.

§. 10. Eodem modo ratio $\sqrt{15463} : \sqrt{22743}$ non videtur rationalis. Cum vero 15463 = 47.47.7 et
22743 = 3.3.19.19.7
inveniatur, apparet eſſe $\sqrt{15463} : \sqrt{22743} = 47 : 57$. Unde liquet operæ pretium eſſe, in talibus caſibus evolvere Factores et facere tentamen.

§. 11. Tales caſus et plures ſimiles in calculo occurrunt quam frequentiſſime; præprimis, ubi Fractiones addendæ, ſubtrahendæ, multiplicandæ aut dividendæ proponuntur, aut ad eandem denominationem reducendæ ſunt. In doctrina combinationum ac permutationum, atque inde in calculo veriſimilitudinis itidem occurrunt caſus, ubi numeri reſolvi debent in Factores ſuos. Contingunt vero etiam tum, ubi calculatur per ſeries infinitas, aut ubi illæ convertuntur, aut aliæ mutationes cum illis fiunt; aut ubi leges progreſſionis coefficientium inquiruntur &c. præcipue ubi neceſſe eſt per inductiones viam ſternere.

§. 12. Jam etiamſi hæc Tabula 102000 non excedat, tamen habetur multitudo numerorum majorum, qui ad hos reduci poſſunt. Sic v. g., omnes numeri pares a 202000 uſque 204000 in Tabula comprehendi recte dicuntur; quippe qui diviſi per 2 intra hanc Tabulam recidunt. Idem valet de Triplis infra 306000; et in genere de omnibus numeris majoribus, qui diviſi per 4, 5, 6, 7, 8, 9 &c. Siſtunt Quotum integrum minorem 102000.

Ponatur, v. g. tempus de uno Novilunii uſque ad alterum eſſe = 29 dies, 12 hor. 44′ 3″. 12‴ ſeu 153086592 Tertiorum. Hic numerus ſepties dividi poteſt per 2, et ſic obtinetur.

Porro ultimum dimidium diviſibile eſt per 3. reddens quotum . . . .

Et hoc ſubtriplum porro diviſibili eſt per 29, quo facto obtinetur.

153086592
76543296
38271648
19135824
9567912
4783956
2391978
3) 1195989
29) 398663
13747

Evoluto porro hoc numero in Tabulis, invenitur 59 minimus ejus diviſor; peractaque diviſione obtinetur Quotus 233. Ac proinde eſt numerus 153086592 = 2.2.2.2.2.2.2.3.29.59.233.

Jam

Jam cum hora habeat 216000 minuta tertia, et . . . ; $216000 = 2.2.2.2.2.2.3.3.3.5.5.5$; obtinetur

$$153086592 : 216000 = 2.29.59.233 : 3.3.5.5.5$$
$$= 58.59.233 : 5.15.15.$$

Unde liquet, in horologio horas indicante applicari poſſe rotam gyrantem accurate 29 diebus, 14 horis, $44'$, $3''$, $12'''$.

II.

Tabula Numerorum primorum, ab 1 usque 102000.

§. 13. Quamvis numeri primi ab 1 usque 102000 jam contineantur in Tabula I. Diviſorum Numerorum; tamen opportunum videbatur, eos ſeorſim in una ſerie imprimi; præprimis cum non ſint de *Pellio*, ſed de *Petro Jæger*, ac proinde ſervire poſſint ad accurationem Tabularum comprobandam. κ) Revera non apparet utilitas talis Elenchi. Interea *Petrus Jæger* hos numeros primos pluris feciſſe videtur, quam ipſos numeros diviſibiles; quia non hos ſed illos ad *Krugerum* tranſmiſit. Sic quoque *Poëtius* initio edere volebat in opere ſuperius citato ſic dictum *Triangulum Primorum*. Ejus tamen intentio ea fuiſſe videtur, ut numeris in ſuos factores ſimplices reſolutis illico videret, an Factores inventi vere eſſent ſimplices, id eſt, primi. Num vero in Vocabulo *Triangulum* recondatur ſpeciale quoddam myſterium numerorum primorum, hucuſque haud ſcio. Numeri enim primi haud quidquam continere videntur figuræ triangulari analogum.

§. 14. Interea alia quæſivi media, utendi numeris primis in exquirendis numerorum Diviſoribus; et quidem facilius et brevius, quam obviis pleriſque methodis. Nam ad inveniendos numeri Diviſores ut plurimum datur inſtructio, ut inſtituatur Diviſio ſecundum ordinem numerorum primorum infra radicem quadratam dati Numeri. Hoc intuitu *Petrus Jæger* ſiſtendo numeros primos uſque 101000, ſubſidia dedit, ut eorum ope omnes numeri infra 10.201.000.000 examinari poſſint, an habeant Diviſores integros nec ne. Verum cum numeris majoribus nonnunquam plura millia

---

κ) Ratio hæc Elenchum numerorum primorum ſeorſim imprimendi prorſus evanuit; tum quia præſens Tabularum reformatio omnem erroris ſuſpicionem removit, tum quia ipſe *Lambert* utilitatem illius præſenti §. in dubium vocavit. Ratio tertia eſſe poteſt, quia ſpatium 45 paginarum objectis quibuſdam probatæ utilitatis aſſignari poteſt.

tentaminum facienda forent, ad experiendum, nullum eorum eſſe Diviſorem perfectum.

§. 15. Hinc quærebatur methodus compendioſior excludendi numeros primos, qui non ſunt Diviſores dati. Hoc intuitu, aliiſque intentibus Theoriam numerorum diligentius indagavi. Quo in negotio quidem ſolum inveni fragmenta quædam ſine magna ſpe; ea brevi in ſyſtema coalitura. *Euclides* pauca, *Fermates* ſolitaria plerumque abrupta indemonſtrata fragmenta, *Eulerus* ſingulas partes a captu Tyronum nimium remotas continet.

§. 16. *Numerus primus* nomen nactus eſt, quia per alterum diviſibilis non eſt. Sic diſtinguitur a diviſibilibus, ut differentia apparere poſſet manifeſta, et inde quilibet numerus primus videatur per ſe notus. Sed multum deeſt ad hoc. Noſtrum numerandi ſyſtema ita quidem compoſitum eſt, ut numeris pares et impares primo intuitu dignoſcatur; verum ad dignoſcendos numeros primos vix aliquid præſtat. Et etiamſi inveniretur aliquod numerandi ſyſtema ad hunc finem appoſitum, tamen ſemper reduci debet ad ſyſtema conſuetum, cui adhæret habilitas noſtra practica. λ)

§. 17. Iterea ex notione numerorum primorum diverſæ leges deductæ ſunt. Sic v. g. *Cum numeri primi non habeant Diviſorem, tanto minus plures numeri primi habebunt Diviſorem communem.* Item: *Numerus primus non dividit niſi ſua multipla; et quilibet numerus diviſibilis multiplum eſt primorum.* Porro: *Duo aut plures numeri ſolum habent Diviſorem communem, in quantum multipla ſunt eorumdem primorum.*

Hæ et ſimiles leges, in quantum pertingunt, uſum habent bonum. Verum proinde non præbent criterium aliquod numerorum primorum. Interea tamen perſequar quaſdam leges hujus generis.

§. 18. *Si ſumma duorum numerorum ſit primus, non habent diviſorem communem.* Alias enim ipſa ſumma eodem numero diviſibilis eſſet.

§. 19. Hinc *numerus primus diſperſus in duas partes ſemper refert tales duos numeros, qui non habent diviſorem communem.* Et vice

---

λ) Vix probabile eſt, aliquod numerandi ſyſtema ſpeciale ampla pro hoc intentu oblatutum ſubſidia. Vix enim aliquod ſyſtema ſpeciale aliud Diviſorum criterium continebit, quam pro numeris ejus Denominatori proximis. Ponatur Denominator qualiſcunque ſyſtematis $= n$; cognoſcentur in illo Diviſores n, $n - 1$, $n + 1$, eorumque ſubdiviſores. Sic in ſyſtemate denominatoris 14 cognoſcentur numeri diviſibiles per 13, 14, 15, item 2, 3, 5, 7, eodem modo, ut in ſyſtemate decadico diviſibiles per 9, 10,, 11: et cum his 2, 3, 5. Diviſores ab his terminis magis remoti altiores agunt radices, quæ ſolum ope ſyſtematum periodicorum eruuntur. *Vide Præfat. Int.*

verſa : *Numerus diviſibilis ſemper diverſis modis dividi poteſt in duas partes, habentes Diviſorem communem.*

§. 20. *Si differentia duorum numerorum ſit primus, aut ambo ſunt Multipla illius, aut non habent Diviſorem communem.* Ponatur enim præterea tertium eſſe diviſorem; tum ille metiens ambos numeros, metietur quoque Differentiam, ac proinde numerum primum; quod implicat, &c.

§. 21. *Si datus numerus ſubtrahatur a quibuſcumque numeris primis, nullus Reſiduorum diviſor eſt numeri dati, et nullus eorum habet cum illo Diviſorem communem.* Reſiduus enim numerus, ſeu hic diviſor communis deberet quoque dividere numerum primum. Quod abſurdum eſt.

§. 22. *Subductis a numero dato omnibus numeris primis minoribus, qui non ſunt ejus Diviſores; Reſidua itidem neque diviſores ſunt illius numeri, neque diviſorem communem habent cum illo.* Hoc igitur per ſe jam valet de omnibus numeris primis majoribus dimidio dati numeri. Niſi ille diviſibilis ſit per 2, valet aſſertio de omnibus numeris primis non majoribus tertia parte numeri. Niſi pariter diviſibilis ſit per 3, valet Propoſitio de omnibus primis majoribus quinta numeri parte &c. In iiſdem caſibus valet aſſertio, ſumptis duplis, triplis, quintuplis numerorum primotum.

§. 23. *Hac rationem igitur ſola ſubtractione multi numeri excludi poſſunt, qui non ſunt Diviſores numeri dati.* Detur v. g. numerus 4606; ſummatur differentia illius a numeris proxime majoribus et minoribus.

4606	
4621	15 = 3.5
4637	31
4639	33 = 3.11
4643	37
4649	43
4651	45 = 3.3.5
4657	51 = 3.17
4663	57 = 3.19
4673	67
4679	73
&c.	&c.

4606	
4603	3
4597	9 = 3.3
4591	15 = 3.5
4583	23
4567	39 = 3.13
4561	45 = 3.3.5
4549	57 = 3.19
4547	59
4523	83
4519	87 = 3.29
4517	89
4513	93 = 3.31
4507	99 = 3.3.11.
&c.	&c.

Sic ſola ſubtractione invenitur, numerum 4606 non eſſe diviſibilem per numeros primos: 3, 5, 11, 13, 17, 19, 23, 29, 31, 37, 43, 67 &c., ac proinde ſolummodo ſuperſunt 2, 7, 41, 47, 53; 61 &c. quibus diviſio tentanda venit.

Poteſt-

Poteſt vero ſubtractio porro continuari. Sic enim invenitur v. g. $4606 - 4483 = 123 = 3.41$. Quo facto numerus 41 quoque non eſt Diviſor de 4606. Cum e contrario inter reſidua ſaltem tria multipla de 7 occurrere deberent, recte colligitur, numerum 4606 per 7 eſſe diviſibilem. Et re ipſa invenitur $4606 = 2.7.7.47$.

§. 24. Cæterum numeri primi non habent hoc ſpeciale, ut perinde multi numeri excludantur, qui non ſunt Diviſores numeri dati. Cum enim hic agatur de numeris primis inter ſe, etiam locum habere poteſt ſequens proceſſus, quod exemplo demonſtrabo.

Sint inveniendi Diviſores numeri 1001. Cum hic numerus non ſit diviſibilis per 2, 3, 5, neque diviſibilis eſt generatim per $2.^m 3.^n 5.^p$. Tot modis igitur $\pm 2.^m 3.^n 5.^p \mp 1001 = a$ computatum, 1001 non habet Diviſorem communem cum a. Et cum hoc ſi computetur $\pm 2.^m 3.^n 5.^p a^q \mp 1001 = b$, non habebit b diviſorem communem cum 1001. Et hac ratione continuari poteſt argumentatio. V. g.

	1001	*Differentia.*	
$2^{10} =$	1024	23	
$2.3.5.23 =$	690	311	
$3.311 =$	933	68	$= 4.17$
$2.2.3.5.17 =$	1020	19	
$3.^2 5^2 =$	225	776	$= 8.97$
$2.3.^2 5^2 =$	450	551	$= 19.29$
$2.5.97 =$	970	31	
&c.			

Proinde numerus 1001 non eſt diviſibilis per 2, 3, 5 *** 17, 19, 23, 29, 31 &c. E contrario invenitur $1001 = 7.11.13$.

§. 25. Sequens Theorema itidem proponam exemplo. Sumatur de prioribus numeris primis, v. g. $2.3.5.7.11$ productum 2310. Hoc multiplicetur pro arbitrio per $2^m. 3^n. 5^p. 7^q. 11^r$, ita ut ſit $2310. 2^m. 3^n. 5^p. 7^q. 11^r = a$. Nunc quadretur numerus primus proxime major 13; cumque hujus quadratum ſit 169, notentur duo hi numeri

$a + 169 = b$

$a - 169 = c$. Jam ſumptis differentiis ab omnibus numeris intra c, b cadentibus per 2, 3, 5, 7, 11 non diviſibilibus, et a; omnes hæ differentiæ ſunt numeri primi. Nam hæ differentiæ ex natura ſua jam non ſunt diviſibiles per 2, 3, 5, 7, 11. Porro minores ſunt quam 169. Cum vero intra 1 et 169 non cadat numerus diviſibilis, non habens diviſorem < 13; tum ſi qua inter dictas differentias diviſibilis foret, deberet eſſe diviſibilis per 2, 3, 5, 7 aut 11. Verum hæ jam excluſæ ſunt; ac proinde omnes hæ differentiæ ſunt numeri primi.

Habeatur v. g. $a = 2.3.5.5.7.11 = 11550$; tum erit $a - 169 = 11381$; $a + 169 = 11719$.

Sumptis jam omnibus numeris intra 11381 et 11719 per 2, 3, 5, 7, 11 non diviſibilibus, eorumque differentiis a 11550, invenitur.

11550	*Diff.*	11550	*Diff.*
11537	13	11563	13
11533	17	11567	17
11531	19	11569	19
11527	23	11573	23
11521	29	11579	29
11519	31	11581	31
11513	37	11587	37
11509	41	11591	41
11507	43	11593	43
11503	47	11597	47
11497	53	11603	53
11491	59	11609	59
11489	61	11611	61
11483	67	11617	67
	&c.		&c.

Cum proinde omnes numeri primi, incipiendo a 13 hic appareant, manifeſtum eſt, poſita hac baſi, iterum ope numeri 11550 omnes numeros per 2, 3, 5, 7, 11 non diviſibiles intra 11381 et 11719 interjectos reperiri poſſe. Proinde ſi quærendi eſſent diviſores numeri 11591, jam ex eo, quod hic numerus excedit numerum 11550 quantitate numeri primi 41; colligi poſſet, 11591 per 2, 3, 5, 7, 11, non eſſe diviſibilem. Et revera numerus 11591 invenitur $= 67.173$.

§. 26. Juxta hæc Theoremata prodeſſe poterit Tabula, qualem ego ſub Nomine: *Numeri Formæ* $2^n. 3^m. 5^p. 7^q$ inſerui. Illa continet omnes numeros ab 1 uſque 10000, non habentes Diviſores præter 2, 3, 5, 7. Ampliorem hujus Tabulæ uſum oſtendam infra. *

---

* Hos numeros amplificatos ordinum $2^m. 3^n. 5^p. 7^q. 11^r. 13^s. 17^t$ quondam computaveram omnes uſque ad 10 milliones, adjunctis cujuſque diviſoribus ope litterarum; ſed incuria amici, cui illos commodaveram, perierunt. Reſtituentunr faventibus circumſtantiis.

III.

Quædam Animadverſiones ſuper Diviſores Numerorum.

§. 27. Quilibet numerus diviſibilis ſemper conſiderari poteſt ut multipium Primorum, ita, ut his inventis, reliqui etiam Diviſores inventi ſint. Numeri primi, quorum Productum eſt datus numerus, apte vocantur Factores ſimplices; et hoc nomine diſtinguuntur a reliquis. Numerus Diviſorum ſimul creſcit cum numero Diviſorum ſimplicium. Hic notandum eſt, ſi numerus pluries ſit diviſibilis per eumdem primum, illum primum toties reponendum eſſe inter ſimplices, ſi dare velimus certam regulam de numero Factorum. Sic v. g. eſt $945 = 3.3.3.5.7$; et ideo hic numerus habet 5 Factores ſimplices. His præmiſſis ſequentes leges bonum uſum habebunt. μ)

§. 28. *Si numerus duos tantum habeat Factores ſimplices, unus eorum neceſſario minor eſt Radice quadratica, aut ipſa radix quadrata dati numeri.* Si enim ambo Factores majores eſſent quam hæc radix, productum majus eſſet numero dato. Sed hoc repugnat denominationi &c. *Non invento* igitur *pro quocunque numero dato Diviſore minore, quam eſt radix quadratica, numerus nullum habet Diviſorem; atque inde primus eſt.*

§. 29. *Si numerus datus habeat tres Factores ſimplices, unus horum Factorum neceſſario minor eſt Radice cubica dati numeri.* Si enim omnes Factores eſſent majores radice cubica, numerus major eſſet ſe ipſo, quod repugnat. *Non* itaque *invento pro dato numero Diviſore minore radice cubica, numerus aut nullum, aut duos ſolum habet Factores ſimplices.*

§. 30. In eodem caſu, *ubi* nempe *numerus tres habet Factores ſimplices, ex eodem fundamento unus neceſſario major eſt radice cubica dati numeri.* E contrario *tertius Factor jam major jam minor eſſe poteſt radice cubica.* Ad hoc poſtremum determinandum ponatur Factor medius $= a$; maior $= ma$; minor $= \frac{a}{n}$; tum erit Productum $= a^3 m : n$; Radix cubica $= a\sqrt[3]{(m : n)}$. Si proinde $m : n > 1$, erit Radix cubica major quam a; in caſu oppoſito aut æqualis, aut minor.

μ) Hæ leges magni uſus ſunt in perſequenda habilitate numerorum ad certos intentus. Patet enim, numeros plurium Diviſorum ad longe plures fines accommodari poſſe, quam primos, aut duorum ſolum factorum ob naturam ſuam uniformem. Plura de his legibus inferius, *nota* ξ.

§. 31. *Si numerus habeat quatuor Factores ſimplices, unus horum Factorum neceſſario eſt minor, et unus neceſſario major radice biquadratica dicti numeri. Alteri duo Factores aut majores aut minores eſſe poſſunt; niſi duo, tres, aut omnes quatuor ſint æquales radici biquadraticæ.* Hoc demonſtratur ut theoremata ſuperiora. Et ſic in genere liquet: *Quando numerus habet* n *Factores ſimplices, unum illorum eſſe debere majorem, alterum minorem radice* n^{ta} *dicti numeri; et reliquos tum majores, tum minores eſſe poſſe, niſi duo, aut plures, aut omnes æquentur dictæ radici.*

§. 32. Cum occurrant caſus, ubi numerus ſervire non poteſt, niſi habeat plures Factores ſimplices; hæ Propoſitiones hunc habent uſum, ut ex invento minimo Factore judicari poſſit, an operæ pretium ſit quærere reliquos. Sic v. g. numerus extenſus ad 100,000.000, non poteſt habere quatuor Factores ſimplices, niſi minimus ſit infra 100.

§. 33. Si numerns a diviſibilis ſit per m, etiam $a - m$ per m diviſibilis eſt; et vice verſa: ſi m non ſit diviſor de a, neque erit de $a - m$.

Hoc theorema aut hic omitti, aut generalius proponi potuiſſet; quia pridem generalius cognitum eſt. Applicabo illud hic omiſſa tamen demonſtratione, quia ſequens theorema illi innititur.

§. 34. Datis Factoribus ſimplicibus, aut etiam omnibus Diviſoribus ab 1 uſque $a - 1$; ſimplices Factores, aut etiam ſinguli Diviſores numeri proxime majoris a inveniri poſſunt retrorſum numerando. *v*)

Scribantur numeri 1, 2, 3 .... $a - 1$ ſecundum ordinem, et infra, aut juxta illos illorum Factores ſimplices, aut omnes eorum diviſores. Jam ſit m Diviſor numeri a, erit quoque m diviſor numeri $a - m$; propterea in ſerie ſcripta infra, aut penes numerum $a - m$ occuret diviſor m. Jam numerus $a - m$ eſt numerus m^{us} retrorſum de a numeratus. Hinc diviſor m numerando retrorſum repertus eſt.

---

v) Non poſſum hic ſilentio præterire emolumenta, quæ propria quadam hujus Theorematis contemplatione, ſine reſpectu ad præſentes paginas, conſecutus ſum.

Non tantum Factores numerorum datæ baſi proximorum, ſed immenſum quodammodo diſtantes illius uſu reperiri poſſunt: cognita ſolum diſtantia numeris expreſſa. Ampliarique poteſt, et ad diſtantias qualeſcunque applicari ope baſium Factorum interjectarum. Sic ope baſeos ſubſidiariæ, quæ omnes omnium numerorum Factores ab 1 uſque 26000 ordine continuo continet, et ope 16 baſium particularium ſeu intercalarium unius folii diſquiruntur Factores numerorum intra limites 1 et 24 Milliones. Quodvis folium ſeu plagula ſervit 1536.000 numeris. Sed uberius de his loco ſuo. *Vide etiam Præf. Interp.*

Si vero *m* non ſit diviſor de *a*, tum *m* itidem non occurret infra aut penes *a — m*; quia tandem *m* non eſt diviſor de *a — m*. Jam quia hic ſupponitur, diviſores de *a* adhuc ignorari; ponatur loco *m* ſecundum ordinem 1, 2, 3, 4, 5, 6, &c. et apparet illico, an, aut qui horum numerorum reperiantur illis locis, ad quos devenitur retrorſum numerando. Jam ſequuntur Exempla.

§. 35. Primum quando ſolum de Factoribus ſimplicibus quæſtio eſt. In hoc caſu ſolum ad tot loca retrorſum numeratur, quot unitates continet radix quadrata dati numeri. Hoc quoque non eſt ſemper neceſſe. Habeantur v. g. Factores numerorum uſque 104, et deſiderentur illi de 105; tum totus calculus ſic peragitur.

105	104	103	102	101	100	99	98	97	96	&c.
	2		2		2	3	2		2	
	13		3		5	11	7		3	
			17							
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	
			*		*		*			

§. 36. In ſerie prima ſunt numeri, in ſecunda eorum Factores; tertia indicat numerationem retrorſum, ſimulque diſtinguit locis 3, 5, et 7^{mo} Diviſores 3, 5 et 7; qui proinde etiam ſunt Factores ſimplices de 105. Cum 105 ſit impar, ſtationes numerorum imparium 103; 101 etc. prorſus omitti potuiſſent; et tum ſecundum numeros impares 1, 3, 5, 7, retrorſum numeratum fuiſſet; Calculus fuiſſet ſequens:

105	104	102	100	98	96	&c.
	2	2	2	2	2	
	13	3	5	7	9	
		17				
	1	3	5	7	9	
		*	*	*		

§. 37. Apparet autem facile, quia 2 non eſt Diviſor de 105; utpote numeri imparis, loco 104, 102, 100 &c. potuiſſe ſubrogari dimidium; tumque foret calculus

105	52	51	50	49	48	&c.
	2	3	2	7	2	
	13	17	5		3	
	1	3	5	7	9	&c.
		*	*	*		

Hæc abbreviatio dat Poblemati novam formam, cujus tenor jam ſequens eſt: *Datis Factoribus numerorum ab* 1 *uſque a, inveniri debent factores numeri* $2a + 1$.

§. 38. Inventis hac ratione Factoribus minoribus dato numero ; nonnumquam habentur omnes. Et hoc invenitur multiplicando Factores inter ſe. ξ) Invento vero ſolum uno Factore, tum alter major eſt radice quadratica, inveniturque aut diviſione aut continuata numeratione. Tandem ubi plures ſunt factores, non numquam unus alterque iterato occurrunt. Hoc vero declaratur minimo negotio

§. 39. Caſus ſecundus generalis eſt, ubi de omnibus Diviſoribus ſermo eſt. Tum in ſerie ſecunda illi diviſores bini et bini ordinantur, quorum productum æquatur numero, cujus Diviſores ſunt. Inventis enim hac ratione minoribus, majores inveniuntur ſine mora. Ponatur numerus $a - m$ æqualis producto de m, b; tum erit a productum de m, $b + 1$. Et ſic ad Diviſorem m correſpondens condiviſor $b + 1$ ſimul inventus eſt. Dati ſint v. g. Diviſores numerorum uſque 20, et quærantur Diviſores de 21; tum calculus ſequens locum habebit

21,	20,	19,	18,	17,	16 &c.
	2.10		2.9		2.8
	4. 5		3.6		4.4
	1	2	3	4	5
			*		

Hic jam invenitur Diviſor 3, et juxta illum 6, qui unitate auctus producit diviſorem correſpondentem 7.

§. 40. Cum hic quoque 21 ſit impar, numeri impares 19, 17 &c. itidem omitti poſſent, breviuſque obtineretur:

21,	20,	18,	16 &c.
	2.10	2.9	2.8
	4. 5	3.6	4.4
	1	3	5
		*	

Poſitis quoque hic dimidiis loco 20, 18, 16 &c. æque bene ſuccederet. Notandum tamen eſt, diviſis tum diviſoribus paribus ſecundæ ſeriei per 2, hujus rationem habendam eſſe pro diviſore correſpondente ſuperius propoſito.

ξ) Operæ pretium erit, legem §§. 29. 31. prolatam hic ita amplificare: Omnis numerus trium Factorum, unum habet neceſſario minorem radice cubica, duos radice quadrata.

Omnis numerus quatuor Factorum, unum habet neceſſario minorem radice biquadratica, duos minores radice cubica, tres radice quadratica. Demonſtratio loco citato adducta æque facile extenditur ad amplificationem Theorematis.

21 ,	10 ,	9 ,	8 &c.
	2.5 ,	3.3 ,	2.4
	1.	3.	5 &c.
		*	

Nempe hic quoque Diviſor 3 apparet. Verum illius confactor jam non eſt 6, ſed 3. Hinc duplo hujus 3 adjici debet 1, ut obtineatur Diviſor correſpondens 7.

§. 41. Hac ratione Tabula *Anjemæ* continuari poſſet. *) Illa continet ab 1 uſque 10000 non ſolum omnes numeros, eorumque Factores ſimplices, ſed etiam omnes eorum Diviſores; hoc ſolum diſcrimine, quod Factores non ſecundum Paria (§. 39.), ſed ſecundum ordinem incrementi expoſiti ſint. Sic etiam, qui Tabula Anjemæ inſtructus eſt, invenire poteſt immediate Diviſores cujuſque numeri intra 10000 et 20000 interjectos.

Si enim par eſt, dimidium ejus jam per ſe invenitur in dicta Tabula. Si e contrario ſit impar, v. g. $2a+1$; numeratur in Tabula ab a per numeros impares retrorſum, ut apparet ex ultimo exemplo, ubi Diviſores de 21 ope diviſorum de 10, 9, 8 &c. deteximus.

§. 42. Hoc compendium, paucis mutatis etiam extendi poteſt ad numeros interceptos intra 20000 et 30000 per 3 non diviſibiles. Problema hoc generaliter ita ſonat: *Expoſitis Diviſoribus numerorum uſque* a *invenire Diviſores numeri* $3a+1$, aut $3a+2$. Sufficiet, methodum quibuſdam Exemplis declarare. Datus numerus ſit 77. Jam cum $(77-2):3=25$, neceſſe eſt habere Diviſores uſque 25, et Calculus erit ſequens:

77 ,	76 ,	75					
		25 ,	24 ,	23 ,	22 ,	21 ,	20 &c.
		5.5 ,	2.12 ,	23 ,	2.11 ,	3.7 ,	2.10
			3.8				4.5
			4.6				
	1	2	5	8	11	14	17
					*	*	

Abbreviatio hic incipit cum 75, ut primo numero diviſibili per 3. Inde progreditur Numeratio in ſerie inferiore ſecundum numeros creſcentes tribus unitatibus. Hoc vero efficit, ut nume-

---

*) Opinione citius confici aut continuari poteſt Tabula Factorum omnium ex data baſi; præſertim, ubi numeri per 2, 3, 5 non diviſibiles jam definiti ſunt expoſitis ſuis Factoribus. Sic expoſiti ſunt a me diviſores omnium numerorum uſque 30000 abſque ullius alius Tabulæ ope. Continuarique poteſt uſque ad 408000, ſuppetentibus nobis Tabulis ad hunc terminum cum expoſitis Factoribus hujus conditionis. Taceo de magnis Tabulis uſque 2856000, Viennæ et Pragæ depoſitis.

rando non ſemper deveniatur ad ipſum Diviſorem, ſicut hic 11, ſed nonnumquam etiam ad duplum Diviſoris, ut hic 14. Liquet enim, proprium diviſorem ſeptem in ſerie inferiore ſaltu præteritum eſſe.

§. 43. Pro numero 55, qui ſervit pro ſecundo exemplo, calculus eſt præſens:

55 , 54										
18 ,	17 ,	16 ,	15 ,	14 ,	13 ,	12 ,	11 ,	10 ,	9 ,	&c.
2.9,	17 ,	2.8 ,	3.5 ,	2.7 ,	13 ,	2.6 ,	11 ,	2.5 ,	3.3	
3.6		4.4				3.4				
1	4	7	10	13	16	19	22	25	28	&c
			*				*			

Hic incipit Abbreviatio ſtatim apud 54; et in ſerie inferiore invenitur utrinque duplum diviſorum 5 et 11.

§. 44. Facile conſtat, hunc proceſſum continuari poſſe; quamvis tum etiam in ſerie inferiore diviſorum loco majora multipla occurrant, quorum ratio haberi debet. E. g. Dato numero 539, et ſuppetentibus ſolum Diviſoribus numerorum uſque 53, id eſt partem decuplo minorem; calculus fit, ut ſequitur:

539 . . . 530										
53	52	51	50	49	48	47	46	45	44	&c.
53 ,	2.26,	3.17,	2.25 ,	7.7 ,	2.24 ,	47 ,	2.23,	3.15,	2.22	
	4.13		5.10		3.16			5.9	4.11	
					4.12					
					6. 8					
9	19	29	39	49	59	69	79	89	99	etc.
				*					*	

Hic ſeries inferior incipit cum 9, quia 539 — 530 = 9. Progreditur deinde continuo per numerus 10 unitatibus auctos. Apud 49 liquet, numerum 539 bis dividi poſſe per 7; et apud 99 invenitur tertius Factor 11; unde liquet, numerum 539 eſſe = 7 . 7 . 11.

§. 45. Dyadica Leibnitiana, cujus Methodum haud pridem *Branderus*, ſub titulo: *Arithmetica binaria ſeu Dyadica* apte expoſuit, non raro ita exprimit numeros, ut eorum Diviſibilitas manifeſta ſit. *) Semper optavi, ne *Leibnitius* in ſua Dyadica

---

*) Non acquievi huic aſſertioni examinaturus leges et proprietates ſyſtematum ſpecialium paulo maturius. Neque fruſtra, inventum enim eſt, ſymmetriam, quam Cl. *Lambert* hic de ſyſtemate dyadico celebrat, in ſyſtematis altioribus eam nanciſci ubertatem, ut ipſa repræſentationum multitudo oculorum intuentium aciem quodammodo obtundat. Cum interea forma dyadica ſignorum multitudine hæc emolumenta ad numeros infimos deprimat.

ele-

elegiſſet notas communes 1; 0, ſed ut alias adhibuiſſet; quia ſæpius, ubi numeri dyadici et communes ſimul adhibentur, indicandum eſt, eſſe dyadicos. Uſu receptum eſt in Algebra, loca vacua per * denotare; et hinc hoc ſignum non mutata ſignificatione ſervire poteſt loco zeri 0 Leibnitiani. Pro 1 adhibebo *U*. Sic v. g. invenitur

15 = UUUU diviſibile per UU (et U* U)
27 = UU* UU —— UU (et U** U)
45 = U* UU* U —— U* U (et U** U)
51 = UU** UU —— UU (et U*** U)
63 = UUUUUU —— UU et UUU (et U* U* U.)
85 = U* U*U*U —— U*U et U** U (non, ſed U*** U)
95 = U*UUUUU —— U* U (et U** UU). F.
119 = UUU*UUU —— UUU et U*** U.

In omnibus his caſibus ſola ſymmetria in ordine ſignorum * U conſpicua diviſorum criterium offert. Et hæc ſymmetria hic ſæpius, quam in numeris vulgaribus occurrit, quia hic duo tantum ſigna alternant. Sæpius etiam tum, ubi ſymmetria abſconditur, reſtaurari poteſt facili numerorum evolutione. Sic v. g. numerus (25 = UU* U non eſt ſymmetricus. Eſt autem poſito loco U in tertia ſtatione, duplici UU in ſecunda UU* U = U* U* + UU.

Hoc expertus ſum elaborando Opuſculum quoddam dictum: *Arithmetica Univerſalis in numeris.* Quo facto magnam mihi facilitatem conciliaveram, leges expreſſionibus ſymmetricis fundatas experiendi. Quod tamen ordinatis in debitas claſſes operationibus quodammodo neglexi; inventis legibus magis univerſalibus innixis formulis $m^n - 1$, $m^n + 1$ &c. Videatur Nota λ ad §. 16. ubi *m* quamlibet ſyſtematis baſim ſeu Denominatorem indicat. Hanc indagationem locupletavi ope Tabulæ repræſentantis Abacum quemdam Pythagoricum pro omnibus numerorum Multiplis infra 31; cujus ope omnes numeros quocumque ſyſtemate intra dictos terminos expreſſos, ex ſyſtemate decimali et retro immediate; duce vero ſyſtemate decimali mediate ex quovis ſyſtemate horum ordinum in quodlibet alterum opinione citius traducebam. Adjicio hic Tabulam Multiplorum omnium infra 20^2 expreſſorum per ſyſtema hujus denominatoris, ſubſcriptis tamen numeris decimalibus. Ne tamen ſignorum novitas fatiget attentionem, ſubſtitui pro valoribus ſupra 9 litteras minutas Alphabeti conſueti, poſitis $a = 10$, $b = 11$ etc.

Superſedeo explicatione ampliori, Lectori ſagaci ſuperflua. Nec difficile erit, talem apparatum incendio mihi abreptum, ſi congruum fuerit, reſtaurare.

Ruptis hac ratione portis propria quadam et violenta methodo, et inſcius eorum, quæ hac de re ſcripta et in Memorialibus Acad. Reg.

1	1	2	3	4	5	6	7	8	9	*a* 10	*b* 11	*c* 12	*d* 13	*e* 14	*f* 15	*g* 16	*h* 17	*i* 18	k 19	10 20
	2	4	6	8	*a* 10	*c* 12	*e* 14	*g* 16	*i* 18	10 20	12 22	14 24	16 26	18 28	1*a* 30	1*c* 32	1*e* 34	1*g* 36	1*i* 38	20 40
		3	9	*c* 12	*f* 15	*i* 18	11 21	14 24	17 27	1*a* 30	1*d* 33	1*g* 36	1k 30	22 42	25 45	28 48	2*b* 51	2*e* 54	2*h* 57	30 60
			4	*g* 16	10 20	14 24	18 28	1*c* 32	1*g* 36	20 40	24 44	28 48	2*c* 52	2*g* 56	30 60	34 64	38 68	3*c* 72	3*g* 76	40 80
				5	15 25	1*a* 30	1*f* 35	20 40	25 45	2*a* 50	2*f* 55	30 60	35 65	3*a* 70	3*f* 75	40 80	45 85	4*a* 90	4*f* 95	50 100
					6	1*g* 36	22 42	28 48	2*e* 54	30 60	36 66	3*c* 72	3*i* 78	44 84	4*a* 90	4*g* 96	52 102	58 108	5*e* 114	60 120
						7	29 49	2*g* 56	33 63	3*a* 70	3*h* 77	44 84	4*b* 91	4*i* 98	55 105	5*c* 112	5k 119	66 126	6*d* 133	70 140
							8	34 64	3*c* 72	40 80	48 88	4*g* 96	54 104	5*c* 112	60 120	68 128	6*g* 136	74 144	7*c* 152	80 160
								9	41 81	4*a* 90	4k 99	58 108	5*h* 117	66 126	6*f* 135	74 144	7*d* 153	82 162	8*b* 171	90 180
									10	50 100	5*a* 110	60 120	6*a* 130	70 140	7*a* 150	80 160	8*a* 170	90 180	9*a* 190	*a*0 200
										11	61 121	6*c* 132	73 143	7*e* 154	85 165	8*g* 176	97 187	9*i* 198	*a*9 209	*b*0 220
											12	74 144	7*g* 156	88 168	90 180	9*c* 192	*a*4 204	*ag* 216	*b*8 228	*c*0 240
												13	89 169	92 182	9*f* 195	*a*8 208	*b*1 221	*be* 234	*c*7 247	*d*0 260
													14	9*g* 196	*aa* 210	*b*4 224	*bi* 238	*cc* 252	*d*6 266	*e*0 280
														15	*b*5 225	*c*0 240	*cf* 255	*da* 270	*e*5 285	*f*0 300
															16	*cg* 256	*dc* 272	*e*8 88	*f*4 304	*g*0 320
																17	*e*9 289	*f*6 306	*g*3 323	*h*0 340
																	18	*g*4 324	*h*2 342	*i*0 360
																		19	*i*1 361	k0 380
																			20	100 400

NOTA.

Litterarum, dum ultra decem numeratur, cum ſignis decimalibus coordinatio ideo præferenda eſt aliis ſignis arbitrariis, quia ordo uſu receptus memoriam quam maxime adjuvat.

§.

§. 46. Jam quæritur de *Methodo facillima*, *quemvis numerum dyadice exprimendi*. Declarabo hoc exemplo numeri 35351. Tota computatio ſic peragitur:

35351,U
17675,U
8837,U
4418,*
2209,U
1104,*
552,*
276,*
138,*
69,U
34,*
17,U
8,*
4,*
2,*
1,U

Hinc numer. 35351 dyadice = U * * * U * U * * * * U * U U U
* Quod ita declaro

$U = 2^{15} = 32768$
$U = 2^{11} = 2048$
$U = 2^{9} = 512$
$U = 2^{4} = 16$
$U = 2^{2} = 4$
$U = 2^{1} = 2$
$U = 2^{0} = 1$
35351

F.

Mediatur nempe ſine interruptione omiſſis Fractionibus, donec deveniatur ad 1. Poſt quemvisnumerum imparem ſcribitur *U*, et poſt pares *; tum numerus ordine inverſo poſitus dyadice expreſſus eſt, translata ſerie in lineam horizontalem. Hæc expreſſio jam vix aliquam ſymmetriam refert. Interea loco primarum 7 ſtationum: *U* * * * *U* * *U* repartita prima in ſequentem ſcribi poteſt: $\left\{\begin{matrix} UUUUUU, \\ UU \end{matrix}\right.$ et hic reſolvitur in: $\left.\begin{matrix} U{*}\,UUU \\ U{*}\,UUU \end{matrix}\right\}$. Jam cum quinque ultimæ

Berolinenſis 1771. collecta reperiuntur, evolvi quam plurimas leges ſerierum decimalium numeris primis proprias.

Sed pertæſus reſtrictiones Syſtematis cujusdam ſpecialis, primum inveni Methodum quamvis ſeriem *Quotorum* decadice expreſſam, traducere in Syſtema quodcunque diverſum, et retro. Sed abhorrens recurſum ſignorum eorumdem (quippe in ſerie numeri primi 97, ſeu $\frac{1}{97} =$ 0,0103092783, 5051546391, 7525773195, 8762886597, 93814432 . . . cum complemento cujusque notæ ad 9. quælibet nota quaſi decies recurrit) modo minime ſymmetrico, refugi ad ſubſidia generaliſſima nunquam deficiencia, quæ non ſunt hujus loci.

Ex innumeris legibus et proprietatibus primaria quædam hæc fuit: expreſſiones ſymmetricas, quas *Lambert* de numeris dyadicis celebrat non ſolum eſſe characterem omnibus numerorum ſyſtematibus pro determinatis numeris primis proprium, ſed etiam creſcere multitudinem expreſſionum ſymmetricarum pro ratione ſyſtematum altiorum denominatorum, ita ut operæ pretium non ſit, defatigare memoriam proceſſibus ſingularibus, ubi leges non ſuppetunt definitæ, ut hic §. 46.

ſtationes eumdem ordinem habeant, ſequitur, numerum per *U*UUU* eſſe diviſibilem.

§. 47. Alterum Problema eſt: *Quemvis numerum dyadice expreſſum reducere ad expreſſionem vulgarem* (decadicam). E.g. Numerum ſuperius inventum *U * UUU*. Hoc jam non fit mediando, ſed duplicando; et calculus diſponi poteſt ratione ſequente:

U	1
*	2
U	5
U	11
U	23

Scribuntur nempe ſigna *U * UUU* deorſum verſus, et incipit duplicatio, apud 1, ita, ut cuivis duplo adjiciatur 1, quoties ponitur penes *U*. Cæterum computatio etiam ſic fieri potuiſſet:

U	*	*U*	*U*	*U*
1	:	:	:	:
	2	:	:	:
		5	:	:
			11	:
				23

Hic modus operandi extenditur ulterius. Verum abrumpo hoc loco; quia ſolum adduxi reſpectu diviſorum numerorum; in quantum hi illius ope facilius inveniuntur. Cæterum adjicere debeo, me, computando aliquid methodo dyadica, loco ſignorum (*U* *) libentius adhibere ſimpliciſſima (1, .) [ρ]

§. 48. Ratione formularum ſequentium itidem brevis ero. Sunt, ut liquet producta omnium numerorum primorum a 7 uſque 173. In genere ſerviunt ad hoc, ut numerus datus habens diviſorem in-

---

[ρ] Non recedens a fine principali Factorum ſed a methodis eos indagandi reſtrictis per ſyſtemata particularia, coactus fui refugere ad ſubſidia generaliſſima, ubi ſignorum forma in minimam conſiderationem venit, niſi in quantum adjuvat memoriam ordine quodam ſucceſſivo uſu jam recepto: cujusmodi ſunt ſigna 1,2,3 etc. et litteræ *a,b,c*, ut apparet ex Tabula multiplorum notæ præcedenti π inſerta.

Finis hic generalis certas Baſes induxit, quarum una erat Tabula Potentiarum de *n* (Denominatorum ſyſtematum infra 31), cum multiplis earum uſque *n* — 1. Subrogatis etiam, ſi præplacet, in locum litterarum ſignis duplicibus arcu unitis, v. g. $\overset{\frown}{10}\ \overset{\frown}{11}\ \overset{\frown}{12}$, loco *a b c*. Inſtar omnium exemplo nobis ſit Tabula potentiarum multiplicatarum de 6.

tra 7 uſque 173 habeat communem Diviſorem cum uno aut altero horum productorum.

$$7 \,.\, 11 \,.\, 13 \,.\, 17 \,.\, 19 \,.\, 23 \,.\, 29 = 215\ 656\ 441$$

Expon.	*mult.*		2	3	4	5
6^0	=	1	2	3	4^h	5
6^1	=	6	12	18	24^g	30
6^2	=	36	72	108^f	144	180
6^3	=	216	432	648^e	864	1080
6^4	=	1296	2592	3888^d	5184	6480
6^5	=	7776	15552^c	23328	31104	38880
6^6	=	46656	93312	139968^b	186624	233280
6^7	=	279936.	559872.	$839808.^a$	1119744.	1399680

Ope hujus Tabulæ numeri decimales quam celerrime in ſenarios traduci poſſunt et retro. Exemplo nobis ſit 100000 in quovis reſpectu.

$$\begin{array}{rr}
 & 1000000 \\
3.\ 6^7 = & \underline{839808^a} \\
 & 160192 \\
3.\ 6^6 = & \underline{139968^b} \\
 & 20224 \\
2.\ 6^5 = & \underline{15552^c} \\
 & 4672 \\
3.\ 6^4 = & \underline{3888^d} \\
 & 784 \\
3.\ 6^3 = & \underline{648^e} \\
 & 136 \\
3.\ 6^2 = & \underline{108^f} \\
 & 28 \\
4.\ 6^1 = & \underline{24^g} \\
\underline{4.\ 6^0 =} & \underline{4}
\end{array}$$

Hinc expreſſio ſenaria erit $\underline{33233344}$

idest, reducendo in numeros decimales.

$$\left\{\begin{array}{lr}
3.\ 6^7 = a = & 839808 \\
+\ 3.\ 6^6 = b = & 139968 \\
+\ 2.\ 6^5 = c = & 15552 \\
+\ 3.\ 6^4 = d = & 3888 \\
+\ 3.\ 6^3 = e = & 648 \\
+\ 3.\ 6^2 = f = & 108 \\
+\ 4.\ 6^1 + 4.\ 6^0 = 24 + 4 = & \underline{28} \\
 & 1000000
\end{array}\right.$$

7 . 11 . 13 . 17 . 19 . 23 . 29 = 215 656 441
31 . 37 . 41 . 43 . 47 = 95 041 567
53 . 59 . 61 . 67 . 71 = 907 383 479
73 . 79 . 83 . 89 . 97 = 4132 280 413
101 . 103 . 107 . 109 . 113 = 13710 311 357
127 . 131 . 137 . 139 . 149 = 47205 940 259
151 . 157 . 163 . 167 . 173 = 111641 786 731
etc. etc.

Tab. III. Hi numeri itidem ſequuntur proxime poſt Tabulam multiplicationis (§. 8) relatam. σ

Cumque non raro indagantur Diviſores numerorum ope numerorum quadratorum; Tab. IV. eadem pagina conſignationem ultimarum notarum numeri quadrati imparis adjeci; ſicut et Formulas reliquas, Tab. V. quæ determinant quatuor caſus, qua ratione numerus per

---

Acquieſco huic generi ſubſidiorum ambobus finibus inſervienti; omiſſis reliquis paſſim obviis.

Admonendum tamen judico, diverſa cum non nullis numerorum ſyſtematibus, ex quorum cognitione diviſorum diverſorum natura potiſſimum decernitur, naſci commoda, ubi ſuſpicamur latere incommoda. Sic v. g. Potentiæ Baſium altiorum multiplicandi facilitatem quidem eludunt, expreſſionem tamen, reductis ad numerum ſemper minorem ſignis, etc. ſimplificant.

Hoc incrementum quam proxime determinari poteſt, comparando Potentias inter ſe. Sic computatio *dyadica* numerum ſignorum fere $3\frac{1}{4}$ vicibus auget, reſpectu decadicæ. Syſtema *ſenarium*, quod præter 2, 3, 5 diviſorem 7 (loco 11) aperit, vix amplius quam $\frac{6}{5}$ abſumit. *Centenarium* $\frac{1}{2}$ de ſignis decimalibus applicat.

Atque inde de variis ſyſtematum diverſorum emolumentis, et præ primis de felici ſyſtematis noſtri decimalis mediocritate judicium ferri poteſt.

σ Clavis Factorum ab 1 uſque fere 25,000.000 ſubſidia continet, omnes numerorum Diviſores infra 400 inveniendi, percurſis ad ſummum quatuor columnis ita ordinatis, ut in prima columna omnes Diviſores occurrant infra 100, cum maxima parte reliquorum, in ſecunda omnes infra 200, etc. ita tamen, ut rariſſime refugiendum ſit ultra primam, rarius adhuc ultra ſecundam ea lege ut percurſis 7, 11, 13, 17 ... unitatibus certum ſit, numerum datum nullo horum diviſorum eſſe præditum, niſi cum æquali diviſore diſtantiæ concurrat. Totum negotium ſi ad omnes 4 columnas continuandum ſit, quod fit cum numeris primis, et quibuſdam, quorum minimus Factor excedit 400, paucis minutis abſolvitur.

2 et 3 non diviſibilis ſit differentia duorum Quadratorum. Hæ formulæ indicant, in quovis caſu multos numeros quadratos jam per ſe excludi; atque inde computatio multum abbreviatur.

§. 49. Sic ſi detur numerus 35351, invenitur

$$35351 = 2946 . 12 - 1$$

Proinde per primam formulam

$$35351 = 36 a^2 - 4 b^2 - 4 b - 1$$
$$8838 = 9 a^2 - (b^2 + b)$$

Jam cum $b^2 + b$ ſemper par ſit, a par ſit oportet. Ponatur proinde $a = 2 c$; invenitur

$$8838 = 36 c^2 - (b^2 + b)$$
$$c^2 = 245 + \frac{18 + bb + b}{36}$$

Unde conſequitur eſſe

$$- \frac{bb + b}{18}$$

numerum imparem. Hoc vero non ſuccedit, niſi b æquetur uni horum 4 valorum

$$b = 36 n + 9$$
$$b = 36 n + 17$$
$$b = 36 n + 18$$
$$b = 36 n + 26$$

Inde obtinentur quatuor formulæ

$$c^2 = 248 + 36 n^2 + 19 n$$
$$c^2 = 254 + 36 n^2 + 35 n$$
$$c^2 = 255 + 36 n^2 + 37 n$$
$$c^2 = 265 + 36 n^2 + 53 n$$

Hæ formulæ jam ſunt multo ſimpliciores, quam ſi ſimus contenti cum

$$35351 = A^2 - B^2$$

conſervatis inde omnibus quadratis.

Invenitur etiam, poſitis, v. g. in prima formula loco n ſucceſſive 0, 1, 2, 3, 4 etc. et ſumpto $n = 4$, valor

$$c^2 = 900$$
$$c = 30$$

et inde

$$a = 60\ ,\ b = 153$$

$$6a = 360\ ,\ 2b + 1 = 307$$

$$35351 = 360^2 - 307^2 = (360 + 307).(360 - 307). = 667.\ 53$$

Eadem formula pro $n - 8$ producit valorem

$$c^2 = 2704$$

$$c = 52$$

$$a = 104\ ,\ b = 297$$

$$6a = 624\ ,\ 2b + 1 = 595$$

$$35351 = 624^2 - 595^2 = 1219.\ 29$$

Unde nullo negotio conſequitur, eſſe

$$35351 = 53.\ 29.\ 23$$

ſeu tertium Factorem eſſe debere $= 23$.

§. 50. Cæterum quod notandum eſt de omnibus methodis Factores inquirendi, eo ſe reducit, cum numeris primis proceſſum eſſe longiſſimum, tandem nihil inveniendo, quia non ſcitur prævie, an numerus datus diviſores habeat, nec ne. Methodus breviſſima hoc decidendi, quam invenire potui, et quæ aliquantum completior eſſe deberet, fundatur in aſſerto, quod *Fermates* ſine demonſtratione allegat, quod autem poſtea *Eulerus* demonſtravit, et quod in Tratactu de numerorum Diviſoribus, quæ in Actis Eruditorum inſerui, itidem occurrit. Propoſitio ipſa ſequens eſt.

§. 51. Si a ſit numerus primus, b quivis alius per a non diviſibilis, ſemper eſt $\frac{b^{a-1} - 1}{a}$ = num. integer. Neque tamen retro inferri poteſt, ſi hæc formula ſit numerus integer, a eſſe numerum primum, etſi contrarium quam rariſſime eveniat. [τ]

§. 52. Econtrario inferri poteſt: *Quando hæc formula non eſt numerus integer*, a *non eſſe poſſe* numerum primum. Et hoc fere

---

[τ] Hanc legem, his paginis inconſultis, in Periodis decimalibus aſſecutus eram; ſerius eam inveni diligentius inquiſitam a Cl. *Obercit* in comm. litt. Lambertino; ſed univerſalitatis amore ad diverſa ſyſtemata tranſii, ſumpto b pro denominatore ſyſtematis, brevique omnium ſyſtematum emolumenta conſecutus. De quibus ſuo loco.

Compoſitorum numerorum leges indagavi. Quilibet num. prim. p ad ſummum habet periodum $p - 1$ terminorum, q vero terminorum $q - 1$. Atque inde pq ad ſummum $(p - 1)(q - 1) = pq - p - q + 1$ terminos. Ex quo patet, periodum de pq nunquam terminari $pq - 1$ terminis. Huic legi innititur propoſitio inverſa. Sed hic non eſt locus.

ſem-

ſemper accidit, quando a eſt numerus diviſibilis, et pro b reſervatur idem valor. Atque etiam, ſi hoc non ſuccederet, pro b tantum ponendus eſt alius numerus; et neceſſario erunt tales numeri, qui formulam

$$\frac{b^{a-1} - 1}{a}$$

non ſinunt eſſe numerum primum. In hac operatione ſemper incipi poteſt ponendo $b = 2$; quia tum dignitates altiores ſola duplicatione obtinentur. Cum vero præprimis quæratur compendium calculi; facile apparet, hic quæri, quomodo $b = 2$. quam celerrime ad potentiam $a - 1$ elevetur. Ad hoc comparatio Progreſſionis Arithmeticæ ac Geometricæ pridem cognita ſequentem methodum offert; quod ſtatim declarabo exemplo. Detur numerus 111, et inveniendum eſt, an ſit numerus primus. Hic igitur eſt:

$$a = 111$$

$$a - 1 = 110$$

Et poſito - - - - - - - $b = 2$

videndum eſt, an

$$\frac{2^{110} - 1}{111} = \text{num. int.}$$

Computatio jam ita peragetur:

Dignit.	*Reſidua*
110	$4 - 1 = 3$
55	$35 - 1 = 34$
54	$73 - 1 = 72$
27	$80 - 1 = 79$
26	$40 - 1 = 39$
13	$200 - 1 = 199$
12	$100 - 1 = 99$
6	$64 - 1 = 63$
3	$8 - 1 = 7$
2	$4 - 1 = 3$
1	$2 - 1 = 1$

Mediatur ſcilicet 110, cumque dimidium 55 ſit impar, diminuatur unitate, ut porro mediari poſſit. Hoc continuatur, donec deveniatur ad 1. Hac ratione obtinentur numeri columnæ, quæ indicat dignitates, ad quas $b = 2$ tum gradatim, tum per ſaltum elevari debet, donec deveniatur ad 2^{110}. [v]

---

[v] Talium indagationum uberrima mihi copia fuit. Sed non licuit eligere denominatores tam commodos, ubi neceſſe fuit v. g. de 1009 in-

Hac lege obtinetur

$$2^1 = 2$$
$$2^2 = 4$$
$$2^3 = 8$$
$$2^6 = 64$$

Hic ſcilicet 8 tamquam tertia potentia quadratur ad obtinendam immediate ſextam potentiam. Pari ratione habetur potentia 12ma, quadrando 64. Cum autem $64^2 = 4096$, ac proinde $> a = 111$ ſit, dividatur 4096 per 111, reſervato ſolum reſiduo 100. Hoc duplicatur pro dignitate 13^{a}; quia 2^{13} diviſum per 111 reſiduum duplo majus habet, ac proinde 200. Pro dignitate 26ta quadratur 200; cumque quadratum $40000 > 111$, dividatur itidem 40000 per 111, reſervato ſolum reſiduo, quod eſt 40; duplicaturque pro dignitate 27ma, dando 80. Pro dignitate 54 quadratur 80; quadrato 6400 iterum diviſo per 111, reſervatoque reſiduo 73. Duplicetur hic pro dignitate 55ta; proinde $= 146$, aut quia 111 inde ſubtrahi poteſt, tantum 35. Tandem pro dignitate 110ma quadratum de $35^2 = 1225$ diviſum per 111, exhibet reſiduum 4. Et hoc eſt reſiduum prodiens, quando 2^{110} dividitur per 111.

Cum proinde $2^{110} - 1$ diviſum per 111, det reſiduum 3, conſequitur, 111 non eſſe numerum primum. φ

---

tegram Periodum ſiſtere. Deficientibus enim tum ſyſtematis inferioribus, utendum fuit majoribus, quæ in ordine proſecutus duo adſcivi ſubſidia, aut perſequendo exponentes ſecundum terminos diviſorum de $p - 1$, aut nactus terminum inferioris formæ (3, 5, 6, 7) reſpondentem exponenti altiori, multiplicando terminos exponentibus congruis reſpondentes cum talibus terminis, adoptando reſidua ſeu novos terminos æquis locis.

φ Amplior eſt proceſſus, ubi cum numeris majoribus facienda eſt experientia, et neceſſe eſt ad Baſes altiores refugere ad ſeriem integram obtinendam. Quod ut cum debita præcautione peragatur, ſciendum eſt, omnes numeros primos nanciſci periodos tot terminorum diverſorum, quot ſunt diviſores de $p - 1$; v. g. cum $1009 - 1 = 1.\ 1008 = 2.\ 504 = 3.\ 336 = 4.\ 252 = 6.\ 168 = 7.\ 144 = 8.\ 126 = 9.\ 112 = 12.\ 84 = 16.\ 63 = 18.\ 56 = 21.\ 48 = 24.\ 42 = 28.\ 36$ habeat 28 diverſos Factores; apparet poſitis/ pro b ſucceſſive valoribus 1, 2, 3, 4 - - - - 1008, naſci debere 28 diverſas periodos, termino 1008 finitas, quas inter ſyſtema de $11 = b$ ſatisfacit prima vice. Hæc quidem lex eſt univerſalis primorum, non item compoſitorum. Quamvis enim diverſi numeri compoſiti habeant terminos periodicos cum ſuis ſimplicibus communes, demonſtravi tamen alio loco, numeri cujusque compoſiti unitate minuti complures diviſores numquam producere poſſe omnes periodos diviſoribus ſuis competentes; cujus naturæ ſemper ſunt factores maximi de $pq - 1$; quia quilibet numerus compoſitus unitate minutus neceſſario nanciſcitur factores altiores quam $p - 1$, $q - 1$. Quamvis autem hic quodammodo redeat quæſtio ſimilis illi, cui ſatisfactum imus, ſupponendo Factores

S.

§. 53. Poſito $b = 3$, obtentum eſſet

Dign.	*Reſid.*
110	9
55	3
27	36
13	30
6	63
3	27
1	3

Et tum tandem inde concluſum eſſet, quia

$$\frac{3^{110} - 1}{111}$$

non eſt numerus integer, ſed reſiduum habet 8, numerum 111 non eſſe primum.

Cæterum per ſe clarum eſt, hic, ubi ponitur $b = 3$, ac proinde quæruntur dignitates de 3 aut earum reſidua, multiplicandum eſſe per 3, ubi ante duplicabatur. Sic v. g. Pro dignitate 6^{ta} reſiduum eſt 63. Hoc multiplicato in ſe, et quadrato 3969 per 3 multiplicato, et producto 11907 per 11 diviſo, dat reſiduum 30 pro dignitate 13^{tia}.

§. 54. Cum hoc in calculo quæratur compendium poſſibile, facile apparet, ſuperfluum eſſe, pro b ſumere majores numeros, quam primos. Sumatur v. g. $b = 2.3 = 6$. Jam ſi 2^{a-1} diviſum per a det reſiduum m, et 3^{a-1} diviſum per a reſiduum n; faciet 6^{a-1} diviſum per a reſiduum mn. Eſt autem, ſi a ſit numerus primus, ſemper $m = n = 1$; ac proinde etiam $mn = 1$. Atque ita tantum per ambages per $b = 6$ inveniretur idem, quod per $b = 2$ aut $b = 3$ ſimplicius et facilius inventum fuiſſet. Cum proinde numeri primi 2, 3, 5 hoc intuitu breviſſimum faciant calculum; dignitates horum numerorum, quantum per ſpatium trium

---

de $p - 1$ ſciri; tamen hoc concedetur tanto facilius, quia $p - 1$ ſemper par eſt. Sic v. g. numerus $91 = 7.13$; unitate minutus $= 90 = 2.45 = 3.30 = 5.18 = 6\ 15. = 9.10$, factores 2, 3, 6 quidem habet communes cum $7 - 1$, $13 - 1$ præter 12, nanciſcitur tamen Factores novos 9, 10, 15, 18, 30, 45, nunquam formaturos periodum.

Hinc nova naſcitur methodus, ſimplicior præcedente, inquirens periodos diviſorum altiorum radici quadratæ de $pq - 1$ aut proximas, aut eam excedentes. Methodum hoc efficiendi oſtendam alibi, ſpe fretus, illam ad deſideria hæc inquirentium quam proxime acceſſuram.

Tab. VII. VIII. IX. paginarum licuit in Tabulas retuli [x]. Has tabulas etiam in aliis intentibus uſum ſuum habere, notum eſt omnibus, qui in negotio numerorum verſantur.

Sic v. g. dignitates de 2, 3, 5 in fractiones decimales ordinatæ, ſimul referunt dignitates de 0, $2 = \frac{1}{5}$; 0, $3 = \frac{3}{10}$; 0, $5 = \frac{1}{2}$. Et ſic in his Tabulis ſimul continentur dignitates numerorum:

4, 8, 16 etc. 0,4 ; 0,8 ; 1,6 etc.
9, 27, 81 etc. 0,9 ; 2,7 ; 8,1 etc.
25, 125, 625 etc. 2,5 etc.

poſſuntque pro libitu exſcribi et ordinari. Hoc in computatione quantitatum per ſeries infinitas multum habere uſum, per ſe clarum eſt. Sed occaſione alius Tabulæ porro hac de re tractabo.

IV.

Tabula ad Logarithmos hyperbolicos.

§. 55. Ante tempora *Nepperi* Arithmeticæ ſtudioſi invenerunt amœnam diſtractionem in comparatione ſerierum Arithmeticarum, et Geometricarum; et ſic illis, qui indignabantur ſtudiis Mathematicis, dederunt occaſionem hoc ſtudium numerandi inter inanes ſpeculationes. Nam tum quoque: *Virtus poſt nummos* progreſſui ſcientiarum oberat. Interea *Nepper* hoc nihil curavit. Comparavit ambas progreſſiones, viſurus, nihilne conferre poſſet ad amplificationem harum proprietatum. Notabilia raro ſola. Sic tandem *Nepper* invenit *Logarithmos*, et res deſiit eſſe ſpeculatio. Poterant exſpectari majora; ſed hæc prævidere non poterat *Nepper* tempore ſuo.

§. 56. Ponamus interea, *Nepperum* non inveniſſe Logarithmos; illi neceſſario apparuiſſent invento *Calculo integrali*; quia ibi Logarithmi non applicantur pro calculi compendio ſolum, ſed ut quantitates reales. Interea *Nomen Logarithmorum* per calculum in-

---

[x] Salvis omnibus regula hæc non caret exceptione, mutato ſaltem caſu nota præcedente φ adducto. Syſtema conſuetum decimale de 2. 5, poſitis ex parte multiplis a, $2a$, $3a \ldots . 9a$, omnium compendiorum capax eſt, et ſic diverſi numeri non compoſiti, quando producunt ſeriem completam ſola ſubtractione examinantur quam celerrime absque duplicatione. Qua deficiente recurrendum eſt ad alia ſyſtemata, de quibus alibi.

tegralem vix locum habuiſſet; quia eſt veroſimile, futurum fuiſſe, ut introducerentur denominationes analogæ *Plano hyperbolico*, aut *Arcubus hyperbolicis*. Atque ita ſic dicta (linea) *Logiſtica*, ſi nomine omnino non caruiſſet, aliud nomen nacta fuiſſet. An computatæ fuiſſent Tabulæ Logarithmicæ, præcipue tantæ, ut hodie habentur, alia eſt quæſtio. Nam labor indefeſſus ad computandas tantas Tabulas a tempore *Nepperi*, *Briggii* et *Vlacci* multum defecit; nec facile foret invenire Editores. Bene itaque factum, quod res ita ſucceſſit, et quod Logarithmi inventi ſunt ante calculum integralem.

§. 57. Jam ut ad rem revertar, repeto Annotationem, a tempore calculi integralis Logarithmos ratione magis generali factos neceſſarios, quam *Nepper* ſibi poterat imaginari. Integrale

$$\int \frac{dx}{x}$$

et infinita alia dependentia ab hoc, multoties occurrunt in Integratione; et ſine Logarithmis multitudo Problematum utiliſſimorum et maximi momenti non fuiſſet ſoluta. Jam vero calculus integralis proprie requirit Logarithmos *hyperbolicos*, ſeu *naturales*, quos *Nepper* initio computaverat; ut ſaltem ſpecimen offerret talium Tabularum.

Cum vero tunc Logarithmi proprie ſervirent ad computationis compendium; neglectis Logarithmis *hyperbolicis* alii computati ſunt, ſpeciali formæ decimali magis competentes. Jam invento calculo integrali poterant repeti Logarithmi naturales et exponi in Tabulis. Sed Tabula Nepperiana deficit ultima nota, et ſic denuo computari debuiſſet. Ex parte etiam hoc conſolabatur nonnihil, Logarithmos naturales inveniri poſſe ex Briggianis, multiplicatis cum

2,30258 50929 94045 68401·79914 etc.

Et ſic Tabulæ Logarithmorum naturalium majores manſerunt ſine effectu.

§. 58. Modo magis admirabili proceſſit *Shervinus*. Ille exhibet in Introductione Tabularum ſuarum Logarithmos Briggianos omnium numerorum ab 1 uſque 100, et omnium primorum uſque 1100 in 60 notis decimalibus, oſtendens, quomodo illorum ope Logarithmi omnium numerorum reliquorum uſque ad 60 notas computari poſſint. Jam cum Logarithmi Briggiani proprie ſerviant ad compendium calculi, hoc intentu Shervinus penitus aberravit a ſcopo ſuo; quia in computationibus Logarithmicis pars proportionalis quaſi eadem temporis jactura invenitur, quæ requiritur ad computationem ſine Logarithmis. Ejus Tabula cum 60 notis igitur ad ſummum tum tantum bonum habet uſum, ubi numerus elevandus eſt ad altas dignitates, et productum deſideratur accuraratius. Sed tales caſus raro occurrunt; et *Shervinus* ſemper elegiſſet melius Logarithmos hyperbolicos 60 notis expreſſos, loco Briggianorum; quia hi non tantum ad multiplicationis compendium, ſed in quantum ſunt veræ quantitates, ſerviunt, et nonnunquam accuratius deſiderantur.

§. 59. Cum interea ut plurimum ſimus contenti 7 notis decimalibus, pridem optabilis erat tabula, exhibens Logarithmos hyperbolicos eo uſque. Non cognovi tales Tabulas; ac proinde ante aliquot annos computaveram hos Logarithmos ab 1 uſque 100, ut Tab. XIII. inveniuntur Tabula XIII. Jam cum inveniendi eſſent Logarithmi numerorum altiorum, adhibui diverſa ſubſidia, mutata pro circumſtantiis. Nam cum eſſet datus numerus *a* compoſitus, erat ſumma Logarithmorum factorum de *a* æqualis Logarithmo de *a*. Dum hoc non ſuccederet, tentavi cum $a \pm 1$. Cumque hoc ſuccederet, invento Logarithmo de $a + 1$ aut $a - 1$, Logarithmi de $a \pm 1$ Tab. XII. inveniebantur ope formulæ Tabulæ XII. Cumque $a > 100$, inveni

$$\text{log. } a = \text{log. } (a + 1) - \frac{2}{2a + 1}$$

uſque ad 7 et amplius notas decimales ſatis accurate; atque inde tam accurate ut deſiderabam. Sic v. g. ſi Log. hyperb. de 34651 ſit inveniendus, eſt

$$34650 = 10.\ 5.\ 9.\ 7.\ 11 = 10.\ 45\ 77.$$

$$\begin{aligned} \text{log. } 10 &= 2{,}3025851 \\ \text{log. } 45 &= 3{,}8066625 \\ \text{log. } 77 &= \underline{4{,}3438054} \\ \text{log. } 34650 &= \underline{10{,}4530530} \end{aligned}$$

Tandem eſt

$$\begin{aligned} \text{log. } \frac{34651}{34650} &= \text{log. } \left(1 + \frac{1}{34650}\right) = \frac{2}{69301} \\ &= 0{,}0000289 \\ \text{log. } 34650 &= \underline{10{,}4530530} \\ \text{log. } 34651 &= \underline{10{,}4530819} \end{aligned}$$

Pari ratione inventum eſſet

$$34648 = 8.\ 61.\ 71.$$

$$\text{log. } \frac{34651}{34648} = \text{log. } \left(1 + \frac{3}{34648}\right) = \frac{6}{69299}$$

=

$$\begin{array}{rl}
 & = 0{,}0000866 \\
\log.\ 8 & = 2{,}0794415 \\
\log.\ 61 & = 4{,}1108738 \\
\log.\ 71 & = \underline{4{,}2626799} \\
\log.\ 34651 & = 10{,}4530818
\end{array}$$

Si e contrario numerus habeat fractiones decimales, v.g. 3,1415926; ponatur ejus loco v. g. 3141,5926 .... et hic millies major ſumptus eſt. Jam invenitur

$$3139 = 43 . 73;$$

$$\log. \frac{3141{,}5926}{3139{,}0000} = \log. \left(1 + \frac{2{,}5926}{3139{,}0000}\right) = \frac{5{,}1852}{6280{,}5926}$$

$$\begin{array}{rl}
 & = 0{,}0008256 \\
\log.\ \ 43 & = 3{,}7612000 \\
\log.\ \ 73 & = \underline{4{,}2904594} \\
 & \ \ \ 8{,}0524850 \\
\log.\ 1000 & = \underline{6{,}9077553} \\
\log.\ 3{,}14159\ \text{etc.} & = \underline{1{,}1447297}
\end{array}$$

§. 60 Poſtea reſcivi *Simpſonem* computaſſe Tabulam Logarithmorum hyperbolicorum. Primo intuitu videbatur extendi a 100 ad 1000; ſed attentius ſpectata tantum progreditur ab 1 uſque 10; ſed ſecundum omnes partes 100^{mas}. Et inde protendit ab 100 uſque 1000; poſito log. de 100 = 0; aut addendo ad logarithmos a Simpſone computatos

$$\log.\ 100 = 4{,}6051702.$$

Verum hoc omiſit *Simpſon*. Et cum in genere ſpectatum idem ſit, Tab. XV.
Tabulam Simpſonis hic adjeci. Ea eſt Tab. XV.

Et cum in uſu hujus Tabulæ ſæpius addendi aut ſubtrahendi veniant logarithmi de 10, 100, 1000, etc. aſſignavi hos logarithmos Tab. XIV. adjectis ſimul formulis, ſervientibus ad determinandam pro omni caſu partem proportionalem. Uſus jam eſt ſequens. Tab. XIV.

§. 61. Numerus, cujus logarithmus ope hujus Tabulæ inveniendus eſt, multiplicandus aut dividendus eſt per 10, 100, 1000, etc. niſi cadat inter 1 et 10; ut cadat inter hos limites. Ita v. g. ſi detur numerus 19300; dividatur per 10000 = 10^4, ut obtineatur 1,9300, aut 1,93; jam cum 1,93 inveniatur in Tabula, computatur

$$\begin{array}{rl} \log.\ 1{,}93 & = 0{,}6575200 \\ \log.\ 10^4 & = \underline{9{,}2103404} \\ \log.\ 19300 & = \underline{9{,}8678604} \end{array}$$

ſi e contrario quærendus eſſet logarithmus de 0,193; hic numerus per 10 multiplicandus eſſet, ut haberetur 1,93; et eſſet

$$\begin{array}{rl} \log.\ 1{,}93 & = 0{,}6575200 \\ -\log.\ 10 & = \underline{2{,}3025851} \\ -\log.\ 0{,}193 & = \underline{1{,}6450651} \end{array}$$

§. 62. Verum non evenit ſemper, ut numerus hac lege mutatus, aut talis, qui per ſe cadit inter 1 et 10 exiſtat in Tabula. In his caſibus invenienda eſt pars proportionalis. Ad hoc natura Logarithmorum hyperbolicorum per formulam (Tab. XII) compendium præbet ſpeciale

Tab. XII

$$\log.\ (a+x) = \log.\ a + \frac{x}{a+\frac{1}{2}x} + \text{etc.}$$

Quod declarabo exemplo numeri 3,1415926. Cum pro hoc numero in Tab. XIII. tantum inveniatur log. 3,14, erit

$$\begin{array}{rl} a & = 3{,}14 \\ x & = 0{,}0015926 \\ \frac{1}{2}x & = 0{,}0007963 \end{array}$$

ac proinde

$$\frac{x}{a+\frac{1}{2}x} = \frac{0{,}0015926}{3{,}1407963} = 0{,}0005071$$

$$\begin{array}{rl} \log.\ 3{,}14 & = \underline{1{,}1442227} \\ \log.\ 3{,}14159\ \text{etc.} & = 1{,}1447298. \end{array}$$

Numeri 1,8768 et 187,68, expoſiti in Tabula XII pariter exemplo ſervire poſſunt.

§. 63. Problema converſum jam eſt: *Pro dato Logarithmo hyperbolico invenire numerum.* Ad hoc ſerviunt formulæ Tab. XIV. expoſitæ

$$A - \log.\ a = b = \frac{x}{a+\frac{1}{2}x}$$

$$x = \frac{ab}{1-\frac{1}{2}b}$$

Nihilominus de dato logarithmo A, log. 10 toties ſubtrahendus; aut

aut ad eum addendus eſt, donec reſiduum aut ſumma ſit minor log. 10. Sic v. g. ſi datus logarithmus $= 5,2347383$, erit

$$\begin{array}{rl} & 5,2347383 \\ 2\log. 10 = & \underline{4,6051702} \\ A = & 0,6295681 \end{array}$$

Jam eſt

$$\begin{array}{rl} \log. 1,87 = & \underline{0,6259384} = \log. a \\ b = & 0,0036297 \end{array}$$

$$x = \frac{ab}{1 - \frac{1}{2}b} = \frac{0,0067875}{0,9981852} = 0,0068000$$

$$a = \frac{1,8700000}{1,8768000}$$

proinde eſt 1,8768 numerus, cujus logarithmus $= 0,6295681$. Et 187,68 eſt numerus dati logarithmi.

§. 64. Servire etiam poteſt ad hoc Formula Tab. X; et tunc eſt

$$e^x = \frac{2 + x}{2 - x} = 1 + \frac{x}{1 - \frac{1}{2}x}$$

formula non ſolum ſimpliciſſima, ſed etiam ſatis accurata. V. g. ſit

$$A = 0,6295681$$

ac proinde

$$\begin{array}{rl} \log. a = l. 1,87 = & \underline{0,6259384} \\ x = & 0,0036297 \end{array}$$

eſtque

$$e^x = 1 + \frac{0,0036297}{0,9981852} = 1,0036363$$

et

$$a . e^x = 1,87 . 1,0036363 = 1,8768$$

numerus, cujus logarithmus $= A = 0,6295681$. Cæterum apparet, hanc formulam cum præcedente eodem redire.

§. 65. Tabula XI ad conſtruendam Logiſticam adhiberi poteſt, et ad hunc finem eam olim computaveram. Abſciſſæ x ſunt logarithmi, et Ordinatæ e^x referunt numeros eorum, in progreſſione Geometrica. Subtangens hic eſt $= 1$. **Tab. XI.**

§. 66. In Tabula XVI, deſumpta ex cl. *Euleri Introductione in Analyſin infinitorum*, occurrunt Logarithmi hyperbolici ab 1 usque 10 in notis decimalibus 25. **Tab. XVI.**

Tab. XVII. Tab. XVII continet omnes numeros ab 1 uſque 1000, non habentes alium Factorem præter 2,3,5,7. Hinc eorum logarithmi ope Tabulæ XVI. ſola additione inveniri poſſunt. Sic numerus

$$6804 = 2^2.\ 3^5.\ 7$$

$$\begin{array}{rcl}
2 \log.\ 2 & = & 1{,}38629\ 43611\ 19890\ 61883\ 44642 \\
5 \log.\ 3 & = & 5{,}49306\ 14433\ 40548\ 45697\ 62260 \\
\log.\ 7 & = & 1{,}94591\ 01490\ 55312\ 30510\ 54639 \\
\hline
\log.\ 6804 & = & 8{,}82526\ 59535\ 15751\ 38091\ 61541
\end{array}$$

Numerus proxime major Tabula 17 eſt

$$6860 = 2^2.\ 5.\ 7^3$$

proinde

$$\log.\ 6860 = 2 \log.\ 2 + \log.\ 5 + 3 \log.\ 7. \quad ѱ$$

Si quærendus eſſet logarithmus pro numero inter 6804 et 6860 interjecto, utendum eſſet Interpolatione; quem in finem ſerviunt Tab. XII. formulæ Tab. XII. Sic v. g. eſt

$$\begin{array}{l}
\log.\ 6805 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{6804}) \\
\log.\ 6806 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{3402}) \\
\log.\ 6807 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{2268}) \\
\log.\ 6808 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{1701}) \\
\quad * \quad * \quad * \\
\log.\ 6810 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{1134}), \\
\log.\ 6811 = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{1}{972})
\end{array}$$

et generatim

$$\log.(6804 + a) = \log.\ 6804 + \log.\ (1 + \tfrac{a}{6804})$$

§. 67. Si vero deſideremus ſemper computare cum numeris integris, res redit ad hoc problema: *Ut exprimatur quævis quantitas per ſeriem fractionum, ſe multiplicantium, et ubi quivis numerator a ſuo denominatore differt unitate.* Cumque hoc ſuccedat diverſis modis deſideratur inſuper, *ut hæ fractiones inter omnes poſſibiles citiſſime convergant.* Modus procedendi, quo ſatisfit huic problemati, optime declarabitur exemplis.

§. 68. Sit v. g. Fractio

$$\frac{9293}{9216}$$

ѱ Videatur nota * ad §. 26.

mu-

mutanda in talem ſeriem fractionum. Cum hæc fractio ſit

$$\frac{9293}{9216} = 1 + \frac{77}{9216}$$

dividatur 9216 per 77, et eſt Quotus paulo minor quam 120. Jam

$$\begin{array}{l r l} \text{addatur ad} & \ldots\ldots \quad 9216\ \ldots & = A \\ & \text{valor } \frac{2916}{120} = \quad 76{,}8 & \\ \cline{2-2} & 9292{,}8 & = B \\ \text{hæc ſumma ſubducta de} & 9293{,}0 & \\ \cline{2-2} \text{dat Reſiduum} & 0{,}2 & = C. \end{array}$$

Jam eſt $\frac{B}{C} = \frac{92928}{2} = 46464.$

Atque inde obtinetur $\frac{9293}{9216} = \frac{121}{120} . \frac{46465}{46464}$

ac proinde

$$\log. 9293 = \log. 9216 + \log. \left(1 + \frac{1}{120}\right) + \log. \left(1 + \frac{1}{46464}\right)$$

§. 69. Hæc computatio etiam peragi poteſt ratione ſequente; ponatur

$$\frac{9293}{9216} + \frac{x+1}{x}$$

erit

$$1 + \frac{77}{9216} = 1 + \frac{1}{x}$$

ac proinde cum x deſideretur in numeris integris,

$$x = 120.$$

Jam ponatur porro

$$\frac{9293}{9216} = \frac{121}{120} . \frac{y+1}{y}$$

erit

$$\frac{9293 . 120}{9216 . 121} = \frac{y+1}{y}$$

Jam cum

$$\frac{9293. 120}{9216. 121} = \frac{(9216 + 77). 120}{9216. (120 + 1)} =$$

$$\frac{9216. 120 + 77. 120}{9216. 120 + 1. 9216}$$

$$= 1 + \frac{77. 120 - 9216}{9216. 121} = 1 + \frac{24}{9216. 121}$$

$$= 1 + \frac{1}{384. 121} = 1 + \frac{1}{46464}$$

eſt igitur

$$1 + \frac{1}{46464} = \frac{y+1}{y} = 1 + \frac{1}{y}$$

ſic habetur ut ante

$$\frac{9293}{9216} = \frac{121}{120} \cdot \frac{46465}{46464}.$$

§. 70. Si data quantitas habet fractiones decimales, computatio fit methodo aliquantum mutata. Sit v. g. quærendus logarithmus hyperbolicus de

$$\pi = 3{,}141592\ 653589\ 793238\ 462643, \text{ etc.}$$

Numerus proximus in Tabula XVII eſt

$$3136 = 2^6 . 7^2$$

proinde

$$3{,}136 = 2^6 . 7^2 : 10^3.$$

Et ſic eſt fractio propoſita

$$\frac{3,\ 1415926 \text{ etc.}}{3,\ 136} = 1 + \frac{0,\ 005592653 \text{ etc.}}{3,\ 136} = 1 + \frac{1}{560 +}$$

itaque

$$3{,}136 . \frac{561}{560} = 3,\ 1416$$

$$\pi = \frac{3,\ 14159265358979}{0,\ 00000734644121}$$

Porro eſt in numeris integris

$$\frac{3,\ 1416}{0,\ 00000734641021} = 427636.$$

Proinde fit

$$3,\ 1416. \frac{427635}{427636} = 3,\ 14159265356518160304558\,1$$

$$\pi = \frac{3,\ 14159265358979323846264\,3}{0,\ 00000000000246116354170\,62}$$

hic quoque rurſus eſt in numeris integris

$$\frac{3,\ 14159265356518 \text{ etc.}}{0,\ 0000000000002461 \text{ etc.}} = 127646643562 \text{ ✠}$$

Hac ratione continuari poteſt, ſi de π ſemper plura loca decimalia in computationem veniant. Hinc invenitur.

$$\pi = 3{,}136 . \frac{561}{560} . \frac{427635}{427636} . \frac{127646643563}{127646643562} \text{ etc.}$$

Eſt itaque

$$\log. \pi = 6 \log. 2 + 2 \log. 7 - 3 \log. 10$$
$$+ \log. (1 + \frac{1}{560})$$
$$+ \log. (1 - \frac{1}{427636})$$
$$+ \log. (1 + \frac{1}{127646643562}) + \text{etc.}$$

Apparet hic generatim, numeros cujusque fractionis eſſe majores quadrato proxime præcedentis, et hac ratione fractiones convergere quam celerrime.

§. 71. Jam ut ope talium Fractionum inveniantur logarithmi, ſecunda fractio continua Tabulæ XII. aptiſſima et maxime convergens eſt. Modum cum ea procedendi hic tamquam cognitum præmittere poſſum, utpote qui in compluribus ſcriptis Mathematicis et in meis Additamentis optime deductus invenitur. Sic v. g. pro $\log. (1 + \frac{1}{560})$ computatio ſequens locum habet:

	Numerator 1	*Denominator* 0
560	. . . 0	 1
2	. . . 1	 560
1680	. . . 2	 1121
1	. . 3361	. . . 1883840
2800	. . 3363	. . . 1884961
$\frac{2}{3}$	. 9419761	. . 5279774640
3920	. 6283203 $\frac{2}{3}$	. . 3521734721
etc.	246395782 34 $\frac{1}{3}$	138104798 80960
	etc.	etc.

Proinde $\log. (1 + \frac{1}{560}) = \log. \frac{561}{560}$ ſecundum ordinem ſemper accuratius exprimitur per fractiones ſequentes:

$$\begin{array}{r}
1 \\ \hline
560 \\
2 \\ \hline
1121 \\
3361 \\ \hline
1883840 \\
3363 \\ \hline
1884961 \\
9419761 \\ \hline
5279774640 \\
6283203\ \frac{2}{3} \\ \hline
3521734721 \\
24639578234\ \frac{1}{3} \\ \hline
13810479880960 \\
\text{etc.}
\end{array}$$

Hæ fractiones inſuper ſunt hujus conditionis, ut differentia quarumque duarum proxime ſubſequentium faciat fractionem, cujus numerator eſt 1. Denominator vero productum utriusque Denominatoris. Hinc minimo negotio apparet, quam celeriter convergant tales fractiones. Prima pertingit usque ad ſextum locum decimalem, ſecunda usque 9^{num}, tertia usque ad 12^{mum}, quarta usque ad 15^{tum}, quinta usque ad 19^{num}, ſexta usque ad 23^{tium}, ſeptima usque ad 26^{tum}; et ſic ſemper continuatur.

§. 72. Problema converſum, nempe: *Ad datum logarithmum invenire numerum ei competentem*, ſimili ratione reſolvi poteſt. *Logarithmus itidem mutatur in ſeriem Fractionum maxime convergentium, quæ autem addendæ ſunt, et quarum numerator eſt* $= 1$, *denominatores autem numeri integri.* Modus hoc peragendi itidem occurrit in ſecundo Tomo meorum Additamentorum. Cæterum intellectu facillima eſt. Datus logarithmus ſit:

$$\begin{array}{rcll}
\log.\ \pi & = & 1{,}144729885849400174 & \text{etc.} \\
1 & = & 1 & \\ \cline{3-3}
 & & 0{,}144729885849400174 & \text{etc.} \\
\frac{1}{7} & = & 0{,}142857142857142857 & \text{etc.} \\ \cline{3-3}
 & & 0{,}001872742992257317 & \text{etc.} \\
\frac{1}{534} & = & 0{,}001872659176029962 & \text{etc.} \\ \cline{3-3}
 & & 0{,}000000083816227354 & \text{etc.} \\
\frac{1}{11931087} & = & 0{,}000000083816184402 & \text{etc.} \\ \cline{3-3}
 & & 0{,}000000000000042952 & \text{etc.}
\end{array}$$

Po-

Poſito jam duce Tabula X Tab. X.

$$\log.\ e = 1$$

eſt

$$\pi = e^{l\pi} = e^{1,1447 \text{ etc.}}$$

$$= e^1 + \frac{1}{7} + \frac{1}{534} + \frac{1}{1193087} + \text{etc.}$$

$$= e \,.\, e^{\frac{1}{7}} \,.\, e^{\frac{1}{534}} \,.\, e^{\frac{1}{1193087}} \,.\ \text{etc.}$$

Hæ expreſſiones jam ope alicujus formulæ Tab. X, quælibet pro ſe computari, et tum in ſe multiplicari poſſunt.

§. 73. Tab. XVIII. continet formulas, quæ referuntur ad Sectores hyperbolicos eodem modo, ſicut formulæ trigonometricæ ſimiles referuntur ad Sectores ſeu arcus circulares. De quibus in ſequentibus occaſione aliarum Tabularum agam fuſius. Tab. XVIII.

V.

Tabulæ Functionum Circularium.

§. 74. Initium harum Tabularum facit Tab. XIX. Ea continet ſinus de 3 ad 3 gradus in formulis Algebricis ſecundum valorem abſolutum. Et in tantum ex his non ſolum dari poſſunt rationes ſpeciales inter hos Sinus, Coſinus, Tangentes et ſecantes, etc. quam exactiſſime, ſed ſerviunt etiam in caſibus ſpecialibus ad calculos exactiſſimos, et ad Theoremata ſecundum rigorem exprimenda, quæ ope Tabularum trigonometricarum tantum ad ſeptem notas decimales determinari poſſent. Doctrina Polygonorum corporumque regularium etc. diverſa ex inde nanciſcitur emolumenta. Tab. XIX.

§. 75. Sequens Tabula XX. continet formulas, quæ ſunt Baſis omnium calculorum trigonometricorum. Uſum illius ſupponere debeo cognitum. Cæterum comparari poteſt cum ſimilibus formulis hyperbolicis Tabulæ XVIII., de quibus, ut jam annui, etiam porro ſermo erit. Tab. XX.

§. 76. Tabula XXI. repræſentat propoſitiones utiliſſimas et omnes caſus Trigonometriæ rectilineæ et ſphæricæ. Præcipue Triangula obliquangula ſecundum tenorem Theoriæ in Tomo 1. meorum Additamentorum in quatuor caſus principales diviſi ſunt. Nempe ſemper 4 partes Trianguli obliqui in calculo occurrunt; ſcilicet: Tab. XXI.

1. Aut tria latera et unus Angulus.
2. Aut tres anguli et unum latus.
3. Aut quatuor partes ſe ſubſequentes.
4. Aut quatuor partes ſibi oppoſitæ.

Hoc modo hi quatuor caſus præcipui conſpicui ſunt; et in quolibet caſu formula illi ſerviens ſemper ſine deliberatione invenitur. Ultima pagina hujus Tabulæ XXI. repræſentat caſus, in quibus, ſi computetur cum logarithmis, ducenda eſt linea perpendicularis. Hi quoque dividantur in 4 caſus, ut inveniatur formula illi ſerviens quam citiſſime.

Tab. XXII. §. 77. Tabula XXII. refert in fractionibus rationalibus aliquos calculos cyclometricos, et eorum rationes eo modo, ut quamvis nulla fractio ſit exacta, eæ tamen ſint accuratiores quam quævis alia fractio numeris minoribus expreſſa. Apparet, has fractiones repræſentari in ſeriebus, et ante quamlibet ſeriem ratio nominatim exprimitur. In tantum tres priores ſeries per ſe claræ ſunt. Reliquæ tres indigent explanatione.

Quarta refertur ad comparationem *Areæ circuli ad quadratum ei æquale*, ita, ut in quavis fractione ſit Numerator: ad Denominatorem, ut Diameter circuli: ad latus quadrati; quod æquale continet ſpatium.

Series quinta *confert globum cum cubo æqualis ſpatii*, ita ut Numerator ſit ad Denominatorem, ut Diameter ad cubi latus, globo æqualis. *Sexta comparat Cylindrum, cujus altitudo æquatur diametro, cum cubo ſpatii æqualis*; ita, ut in quavis fractione ſit Numerator ad Denominatorem, ut Diameter aut etiam altitudo talis cylindri, ad cubi latus, qui æquale ſpatium continet. Omnes hæ Fractiones ita ordinatæ ſunt, ut in qualibet ſerie ſequentes ſit accuratiores præcedentibus.

Ut igitur appareat, quam accurata quælibet ſit, ſolum ſubtrahenda eſt a proxime ſubſequente. Reſiduum ſemper erit fractio, cujus numerator = 1; denominator vero productum denominatorum ambarum fractionum. Cæterum apparet ſeriem primam inferius magis extenſam iterum occurrere.

In hac pagina porro occurrit ſeries pro circumferentia circuli, ubi in Denominatoribus numeri Romani VIII. IX. X. XIII. XIV. indicant, quot zeri adjiciendi ſint. Illa ſervit loco numerorum *Ludolphianorum* uſque ad 14 loca decimalia; et in quavis fractione cognoſcitur, quouſque extendatur.

Tab. XXIII. §. 78. Sequens Tabula XXIII. exhibet longitudinem arcuum circuli in 27 notis decimalibus ab 1 gradu uſque 100; et inde de 30 ad 30°; ſicut etiam pro minutis et ſecundis. Occurrunt non nunquam, præſertim in Aſtronomia, caſus, ubi deſideratur abſoluta arcuum longitudo, etiamſi non ad tantas decimales.

Tab. XXIV. §. 79. Tabula XXIV. vix exigit explicationem. Sunt caſus, ubi

ubi Sinus et Coſinus 5 arcuum minimorum deſiderantur accuratiſſime. Ad hoc ſumpſi pro baſi arcum de 10000 ſecundis, et *m* indicat rationem hujus arcus ad quemvis datum. Inde declaratur formula pro Sinu *U* et Coſ. *U* in prima pagina hujus Tabulæ. Altera pagina incipit cum numeris *Ludolphianis* a *Lamy* magis extenſis. Sequuntur logarithmi Briggiani pro his numeris, ſicut et pro longitudine 1 gradus, 1 minuti, 1 ſecundi etc.

Tab. XXV.

§. 80. Tabula XXV. quodammodo eſt Tabula multiplicatoria pro Sinibus graduum, quia hos Sinus per 1, 2, 3 . . . . . 9 multiplicatos in tot columnas diſtinctos offert. Hic abacus Sinuum utiliſſimus mihi fuit in computandis Tabulis Aſtronomicis, quales occurrunt in II. parte *Additamentorum*. Eadem ratione uſum habet in aliis caſibus ubi de gradu ad gradum computandum eſt.

Tab. XVI.

§. 81. Tandem etiam pro caſibus, ubi de gradu ad gradum computandæ ſunt Tabulæ, adjeci Tabulam XXVI, quæ continet generatim Functiones arcuum de gradu ad gradum. Suppono E. g. adeſſe Tabulam decimalem declinationis pro obliquitate de 23° 28′ computandam. Deſcribatur ex Tabulis conſuetis Logarithmus Sinus 23° 28′ ad ſchedulam, ita, ut poſita ad columnam Logarithmi Sinus Tabulæ, numeri omnium ſtationum juxta ſe ponantur. Hac ratione hic logarithmus ſcriptus ad ſchedulam addi poteſt ad quemvis logarithmum Tabulæ et ſumma ſcribi ſpeciatim, absque neceſſitate, quidquam aliud exſcribendi. Hæc ſchedula de gradu ad gradum protruditur, quoties aliqua ſumma notata eſt. Hoc exemplum ſufficit ad oſtendendum, quam commode iſte Abacus ſervire poſſit in aliis caſibus innumeris.

VI.

Tabulæ ad Solutionem Æquationum.

Tab. XXVII.

§. 82. PRrima harum Tabularum, quæ eſt XXVII præſefert æquationem in genere, exprimens valorem cujusque radicis *x* in forma fractionis ita, ut qui valor in hac fractione pro *y* ponitur, fractio det valorem ipſi *x* propiorem $= x'$. Hæc formula generalis in eadem Tabula invenitur pro æquationibus 2^{i}, 3^{ii}, 4^{ti}, et 5^{ti} gradus ſeorſim expreſſa. Cæterum eam deduxi ex Methodo *Neutono-Halleijana* ad inveniendas radices approximatione; et in tantum etiam accidere poſſunt caſus, ubi *x* magis redicit ab *x'* quam *y*. Cum autem habeatur electio libera ponendi pro *y* alium valorem, hoc parum refert, ſi enim æquatio ſaltem unum habeat valorem realem, formula ſemper uſum habet. Si e contrario æquatio habet me-

meras radices imaginarias, ponendus etiam pro y valor imaginarius formæ

$$y = A + \sqrt{-B}$$

§. 83. Cum in qualibet æquatione ultimum membrum ſit productum omnium radicum, Theorema (§. 31.) ſuperius expoſitum etiam hic applicari poteſt. Si enim æquatio ſit de gradu n, ultimum membrum eſt productum ex n radicibus. Proinde extracta n.^{ta} radice ex ultimo membro, hæc cadit intra radicem æquationis, ſeu æquatio habet tam majores quam minores radices quam eſt n.^{ta} radix ultimi membri. Supponitur autem, omnes radices eſſe reales.

§. 84. Pari ratione liquet, diviſo membro penultimo per numerum radicum, et extracta ex quoto $(n-1)$.^{ta} radice, hanc radicem itidem cadere intra terminos radicum æquationis.

§. 85. Similes Poſitiones etiam inveniri poſſunt pro Coefficientibus reliquorum membrorum cujusque æquationis. Et inde declarantur formulæ in fine Tabulæ XXVII. occurrentes.

§. 86. Invento hac ratione valore, cadente intra radices datæ æquationis, poni poteſt iſte valor pro y in fractione (§. 82.) ad obtinendum valorem pro x radici æquationis propiorem. Iſte tandem rurſus ponitur pro y, et ſic continuatur, donec habeatur valor tam prope accedens, ut deſideratur.

§. 87. Habeatur v. g. Æquatio

$$x^5 - 5x^3 - 14x + 3 = 0$$

erit

$$a = c = 0$$
$$b = -5$$
$$d = -14$$
$$e = +3$$

proinde

$$x' = \frac{4y^5 - 10y^3 - 3}{5y^4 - 15y^2 - 14}$$

Cum hic $\sqrt[5]{3} = 1 + \ldots\ldots$

ſtatim poni poteſt

$$y = 1$$

hoc facit

$$x' = \frac{4 - 10 - 3}{5 - 15 - 14} = \frac{9}{24} = \frac{3}{8}$$

Si ponatur porro $y = 0,\ 3$

obtinetur $x' = 0,213\ldots\ldots$

Si ponatur $y = 0,\ 21$

obtinetur $x' = 0,21096\ldots\ldots$

etc.

Ab

Ab inde convergunt valores ſequentes celerrime. Ut autem experiamur, qua lege; fiat

$$y = x + z$$

inde obtinetur pro x' Numerator:

$$\begin{array}{l} 4y^5 - 10y^3 - 3 = 4x^5 + 20x^4z + 40x^3z^2 + 40x^2z^3 + 20xz^4 + 4z^5 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 10x^3 - 30x^2z - 30xz^2 - 10z^3 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 3 \end{array}$$

et Denominator

$$\begin{array}{l} 5y^4 - 15y^2 - 14 = 5x^4 + 20x^3z + 30x^2z^2 + 20xz^3 + 5z^4 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 15x^2 - 30xz - 15z^2 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 14 \end{array}$$

Ad Numeratorem addatur ad æquandum Coefficientem primi membri primo membro Denominaroris, data æquatio

$$0 = x^5 - 5x^3 - 14x - 3$$

et ſumma

$$\begin{array}{l} 4y^5 - 10y^3 - 3 = 5x^5 + 20x^4z + 40x^3z^2 + 40x^2z^3 + 20xz^4 + 4z^5 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 15x^3 - 30x^2z - 30xz^2 - 10z^3 \\ \qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad\qquad - 6 \end{array}$$

dividatur per Denominatorem; et erit Quotus

$$x' = x + \frac{2z^2}{x} - \frac{4z^3}{x^2} - \text{etc.}$$

Inde liquet, Differentiam $z = y - x$ decreſcere ut quadratum de z, quam primum incipit eſſe $z < x$.

§. 88. Sumpto pro y numero ingenti, obtinetur

$$x' = \frac{4y^5 - \text{etc.}}{5y^4 - \text{etc.}} = \frac{4}{5}y - \text{etc.}$$

Et proinde acceditur ad radicem majorem (negativam aut poſitivam) parte $\frac{1}{5}$. Sic E. g. poſito $y = -10$, invenitur

$$x' = \frac{-390003}{+48486} = -8\ldots$$

Obſervatur ſimul hic, y poni poſſe notabiliter minus. Poſito $y = -5$, obtinetur

$$x' = \frac{-11253}{+2736} = -4,11\ldots.$$

quod itidem non differt multum a ratione $y : x = 5 : 4$. Poſito vero $y = -2$; invenitur

$$x' = \frac{-51}{+6} = -8,5.$$

Hic proinde eſt caſus, ubi x' a valore radicis recedit. Inde conſequitur, æquationem inter -5 et -2 habere unam realem aut impoſſibilem (imaginariam) radicem. Poſito proinde $y = -3$, habetur

$$x' = \frac{-705}{+256} = -2,7\ldots$$

Et poſito $y = -2,7$, invenitur $x' = -2,67\ldots.$ Atque inde hic ſe offert radix realis.

Tab. XXVIII. XXIX. §. 89. Ne his diutius immorer, convertor ad ſequentes duas Tabulas. XXIX exhibet in numeris, quod offert XXVIII in formulis et exemplis. Ambæ pertinent ad *æquationes cubicas*, quarum omnes radices ſunt reales. Talis æquatio generatim ſit, quæ ſequitur:

$$o = z^3 + Az^2 + Bz + C.$$

Expungatur membrum ſecundum, ut habeatur forma

$$o = y^3 + * - \beta y + \gamma$$

Jam ponatur

$$y = x.\sqrt{\beta}$$

mutatur hæc æquatio in hanc

$$o = x^3 - x + \gamma : \beta\sqrt{\beta}.$$

Et poſito

$$\gamma : \beta.\sqrt{\beta} = \pm a$$

obtinetur ſemper aut

$$x - x^3 = a.$$

aut

$$x^3 - x = a.$$

Et hæ ſunt duæ formulæ Tabulæ XXVIII, et in genere duo diverſi caſus, *ubi omnes radices eſſe poſſunt reales.*

§. 90. In quantum vero omnes tres radices reales ſunt, hoc ſimpliciter dependet a valore de a. Hoc intento differentientur ambæ æquationes *ad determinandum maximum valorem poſſibilem pro a.* Et tum obtinetur

$$dx - 3x^2dx = o$$

proinde

$$x = \sqrt{\tfrac{1}{3}} = \text{tang. } 30° = 0,5773503\ldots$$

Quo valore poſito in ambabus æquationibus obtinetur:

$$\pm a = \sqrt{\tfrac{4}{27}} = \tfrac{1}{3}\sqrt{\tfrac{4}{3}} = \tfrac{1}{3}\,\text{ſec. } 30° = 0,3849002\ldots$$

Et ita poſſibilitas trium radicum realium in terminis de $a = \pm 0,3849002\ldots$ comprehenditur.

§.

§. 91. In hoc fundatur jam Tabula XXIX, referens pro quovis valore de a radices ad ambas æquationes pertinentes

$$x - x^3 = a$$
$$x^3 - x = a$$

ita, ut 3 valores de x ſola evolutione valoris de a haberi poſſint, ſi contenti ſimus tribus notis decimalibus.

§. 92. Si vero x deſideretur in 7 decimalibus, res redit ad aptam interpolationem, quam declarabo exemplo Tabula XXVIII propoſito. Sit proinde æquatio:

$$z^3 - 3z - 1 = 0$$

ponatur $z = x\sqrt{3}$

et habetur $x - x^3 = 0,1924501 = a.$

Hinc pro tenore Tabulæ XXVIII duæ radices minores ſunt affirmativæ, major negativa.

§. 93. Jam invenitur in Tabula XXIX valor de

$$a = 0,1924501$$

in tribus locis diverſis

1.° intra $x = 0,200$ et $x = 0,201$
2.° intra $x = 0,884$ et $x = 0,885$
3.° intra $x = 1,085$ et $x = 1,086.$

Poſſunt itaque hi tres valores de x conſiderari ut termini trium radicum.

§. 94. Poſito jam pro prima harum radicum

$$x = 0,2 + n$$

obtinetur

$$0,192 + 0,88\,n - 0,6\,n^2 - n^3 = 0,1924501.$$

Jam cum hic $n < \frac{1}{1000}$, et inde $n^3 < \frac{1}{10000000000}$, iſta expreſſio ſine ſcrupulo omitti poteſt. Itaque mutatur Aequatio in

$$0,88\,n - 0,6\,n^2 = 0,0004501$$

unde conſequitur

$$n = \frac{0,0004501}{0,88 - 0,6.n} = 0,0005118$$

$$x = 0,2005118.$$

Eædem expreſſiones inveniuntur in exemplo propoſito in Tabula XXVIII, hoc ſolo diſcrimine, quod ibi primæ, et ſecundæ differentiæ trium valorum de a ſibi ſubſequentium adhibeantur, ut inveniatur æquatio

$$1920000 + 8800\,n - 6n^2 = 1924501.$$

Apparet, idem eſſe; ſolum uſus differentiarum contrahit calculum.

§. 95. Sit $\pm a = \sqrt{\frac{4}{27}}$, habentur duæ radices æquales:

$$\pm x - \sqrt{\tfrac{1}{3}} = 0$$

$\pm x - \sqrt{\tfrac{1}{3}} = 0$; et tertia radix tandem eſt:

$$\pm x - \sqrt{\tfrac{4}{3}} = \text{ſec. } 30^\circ = 1{,}1547005.$$

Apparet etiam inde, quare Tabula tantum extendatur usque

$$\pm x = 1{,}155.$$

Potuiſſet quidem continuari, et quidem in infinitum. Verum tum debuiſſet alicubi interrumpi; hinc præſtabat, eam tantum eo usque extendere, quousque caſus trium radicum poſſibilium locum habet. Et hoc intuitu Tabula jam habet quidquam abſolutum, et completa eſt in genere ſuo.

Tab. XXX. §. 96. Tabula XXX itidem attinet æquationes cubicas, et quidem omnia earum genera. Primum eſt, ubi omnes tres radices ſunt poſſibiles; et hæc ſemper per triſectionem arcus circuli ſolvi poteſt. Res redit ad 4 formulas, quæ abolito ſecundo æquationis membro monſtrant computationes porro neceſſarias. Hæ quatuor formulæ inveniuntur in prima repartitione Tabulæ. Datur v. g. æquatio:

$$z^3 - 3z - 1 = 0$$

eritque

$$a = 3$$
$$b = 1$$
$$c = 2$$
$$\text{coſ. } 3\,\omega = \tfrac{1}{2} = 0{,}5000000$$
$$3\,\omega = 60^\circ, = 60^\circ + 360^\circ, = 60^\circ + 720^\circ$$
$$\omega = 20^\circ, = 140^\circ, = 260^\circ$$
$$z = 2 \text{ coſ. } 20^\circ, = 2 \text{ coſ. } 140^\circ, = 2 \text{ coſ. } 260^\circ$$

proinde tres radices:

$$z = + 2 \text{ ſin. } 70^\circ = + 1{,}8793852 \ldots$$
$$z = - 2 \text{ ſin. } 50^\circ = - 1{,}5320888 \ldots$$
$$z = - 2 \text{ ſin. } 10^\circ = - 0{,}3472964 \ldots$$

Inde liquet, eſſe

$$\text{ſin. } 10^\circ + \text{ſin. } 50^\circ = \text{ſin. } 70^\circ.$$

Summa enim trium radicum eſt $= 0$. Cæterum in hac æquatione apte ſucceſſit, ut coſ. $\omega = \frac{1}{2}$ inveniatur exacte in Tabula. In plurimis caſibus autem hoc non evenit; et tum arcus $3\,\omega$ non ſolum in gradibus et minutis, ſed etiam in ſecundis et eorum decimalibus inquirendus eſt; ſi deſideretur valor de z accurate usque ad 7 loca decimalia.

§. 97. Altera Repartitio Tabulæ XXX. itidem attinet æquationem

$$0 = z^3 - a z - b$$

pro iis caſibus, ubi unam ſolum habet radicem poſſibilem. Hoc ſemper inde liquet, quando invenitur

$$\text{coſ.}\ 3\,\omega = \frac{4\,b}{r^3} > 1.$$

Cum enim nullus Coſinus $>$ radio, qui hic $= 1$; nihil conſequimur *triſectione arcus circuli.* E contrario triſectione Sectoris *hyperbolici* utique aliquid obtineri poteſt; quia Coſ. hyperb. ſemper eſt > 1. Hinc etiam in ſecunda repartitione Tabulæ expreſſio $4\,b : r^3$ comparatur cum Coſino hyperbolico.

Quid ſint Sinus et Coſinus hyperbolici liquet ex Tab. XXXIII, ubi comparatio Hyperbolæ æquilateræ cum circulo reſpectu functionum ſimilium occurrit. Eodem ſubſidio comprehenditur etiam Tabula XVIII. ſuperius (§. 73. 75) allegata, ubi brevitatis ergo ponitur: Tabula XXXIII

S. h. idem ac Sinus hyperbolicus
Coſ. h. . . . . Coſinus hyperbolicus
Tang. h. . . . . Tangens hyperbolica.

Hæ functiones ſemper reducuntur ad Sectorem hyperbolicum, cujus generis eſt Q C *q* Q. Angulus *q* C Q communis eſt Hyperbolæ cum circulo; e contrario angulum P C Q vocavi tranſcendentem, quia in hoc ſubſiſtit comparatio Circuli et Hyperbolæ. Nam

1. *Sinus hyperbolicus* $p\,q$ = P Q; *et* P Q eſt *Tangens anguli transcendentis* P C Q.

2. Q T *Tangens eſt anguli communis* T C Q. Cum autem Q T = R S; et R S ſit Sinus *anguli transcendentis* P C Q; liquet etiam inde, quomodo hic angulus ducat a Circulo ad Hyperbolam. Tab. XII

3. Denique eſt *Coſinus hyperbolicus* C p = C P; et C P *eſt Secans anguli transcendentis* P C Q.

§. 98. Poſito proinde angulo transcendente pro baſi, ut ſit in Tab. XXXII; tantum conſideretur: Tabula XXXII

Tang. P C Q ut Sin. hyp. q C Q q,
Sec. P C Q ut Coſ. hyp. q C Q q,
Sin. P C Q ut Tang. hyp. q C Q q = Tan. ang. q C Q.

Et hæ functiones hyperbolicæ ſtatim ex Tabulis Trigonometricis jam computatis exſcribi poſſunt. Sector q C Q q invenitur, biſecto *angulo transcendente* P C Q; dimidio addito ad 45°, et ſumpto Logarithmo Tangentis hujus ſummæ. In Tabula XXXII. ad hoc tantum adhibui Logarithmos tabulares *Briggii.* Cumque hæc Tabula tantum progrediatur de gradu ad gradum, proprie tantum ſervit

vit

vit pro forma Tabulæ quæ progredi deberet de minuto ad minutum.

Tabula XXX §. 99. Jam ut revertamur ad ſecundam Repartitionem Tab. XXX, adducam pro exemplo æquationem

$$x^3 - 3x - 4 = 0$$

Hic proinde eſt $a = 3$

$b = 4$

ideoque $r = 2$

$$\frac{4b}{r^3} = 2 = \text{Coſ. hyp. } 3\,\omega$$

Huic Coſ. hyp. $= 2$ reſpondet in Tab. XXXII.

Sector $\omega\,3 = 0{,}5719475$

ac proinde pars tertia Sector $\omega = 0{,}1906492$

huic Sectori rurſus reſpondet

Coſ. h. $\omega = 1{,}0979133$

et inde eſt

$x = r.$ Coſ. h. $\omega = 2{,}1958266$

radix quæſita et unica poſſibilis datæ æquationis.

§. 100. Cum functiones hyperbolicæ itidem ſint functiones circulares (§. 98.) facile intelligitur, hanc æquationem etiam reſolvi potuiſſe per functiones circulares; verum paulo longinquius. Interea repræſentat tertia repartitio Tab. XXX. formulas ad hoc neceſſarias. Inde apparet, ibi extrahi debere radicem cubicam, ampliusque requiri transformationem in ſecunda repartitione ſuperfluam.

§. 101. Reſtat tandem tertius caſus, ubi

$$0 = z^3 + az - b$$

Iſte caſus exibetur in quarta et quinta repartitione; in quarta adhibentur Sinus hyperbolici; in quinta autem functiones circulares, ubi autem extrahenda eſt radix cubica. Hoc vero intellectis præmiſſis jam non indigebit explicatione ulteriore.

Tabula XXXIV §. 102. Convertor itaque ad Tabulam XXXIV, quæ repræſentat in tribus repartitionibus *diverſos caſus æquationum biquadraticarum.* Prima repartitio continet ſolutionem harum æquationum ope *triſectionis arcus circularis.* Conditiones, ut patet ex formulis, ſunt:

1. $AA + 12C$ eſſe *quantitatem poſitivam.* Niſi hoc ſit, reciditur in repartitionem tertiam. Si vero ſit

2. Expreſſio

$$\frac{D}{r} < 1$$

ſit

ſit oportet. Si enim $D : r > 1$, deveniretur ad ſecundam repartitionem.

Jam ſi ambæ hæ conditiones locum habeant; prima repartitio ſemper dat ſolutionem æquationis, radices ſint poſſibiles, vel minus. Cæterum hanc operationem in ſecundo Tomo meorum Additamentorum fuſius pertractavi.

§. 103. Ex dictis ultimo loco ſimul liquet, quando recidatur ad repartitionem ſecundam vel tertiam. Apparet, in ambobus occurrere triſectionem Sectoris hyperbolici, qui in ſecunda repartitione per ſuum Coſinum, in tertia per ſuum Sinum determinatur. Porro hæc Tabula non requiret explicationem. Solum ad hunc, aliosque intentus optandum eſſet, ut Tabula XXXII computata eſſet de minuto ad minutum. Illa ſervire poſſet cum magnis emolumentis, usque adeo in computationibus Geometricis, ut alibi demonſtrabo fuſius.

Tabula XXXII.

VII.

Tabulæ ad Extractiones Radicum.

§. 104. RAdices quadraticæ præcipue ob Theorema *Pythagoricum* uſitatiſſimæ ſunt. Cubicæ ut plurimum in Stereometria; altiores multo rarius occurrunt. Propterea in Tabula XXXV propoſui numeros quadratos, et in 36ta numeros cubicos; et quidem brevitatis ergo ſolum ab 1 usque 1000 ita ut in compendioſa forma reliquis Tabulis adjungi poſſent. ω. Ampliores inveniuntur apud *Ludolphum*, et *Buchnerum*.

Tabula XXXV

Tabula XXXVI

§. 105. Tabula XXXIV. continet in prioribus duabus repartitionibus aliquas expreſſiones, quæ non exigunt explicationem. In repartitione tertia occurrit *Formula generalis*, ex qualibet quantitate invenire quamlibet radicem approximando, radice jam ad aliquem terminum deducta. Applicatio ad radices quadratas et cubicas ſimul adjecta eſt. Formula generalis, ſicut et hæ duæ ſpeciales proprie ſunt ſeries infinitæ, progredientes ſecundum dignitates de ($p : a$). Sed adhibetur tantum membrum primum, et tum ſervit ſecundum ad indicandum, quousque deveniatur quovis paſſu per primum. Sic v. g. quando

$$\frac{p}{a} < 0,000001$$

Tabula XXXIV

ω Tabula primarum decem Potentiarum ab 1 usque 1000 ad diverſos uſus accommodatiſſima incendio periit, ſed reſtaurabitur Fautorum benevolentia.

fit

$$\left(\frac{p}{a}\right)^3 < 0,000000000000000001$$

et eo usque, immo ad 2 aut 3 loca decimalia amplius tum primum membrum eſt exactum. Jam ope logarithmorum inveniri poteſt quævis radix usque ad 6 aut 7 locum decimalem, et tandem ope harum formularum extendi ad 18 usque loca decimalia. Res redit, ut apparet, ſemper ad Regulam Trium. Modus procedendi partim liquet ex ipſis formulis; partim declaravi in Tomo II. Additamentorum exemplo radicis cubicæ de $\frac{1}{6}\pi$ Tabula XXIV. occurrentis, quam ope talis Regulæ trium computavi usque ad 18 notas decimales. Tabula XXIV

§. 106. Si vero paucioribus decimalibus ſimus contenti, adhiberi poſſunt reſpectu radicum quadraticarum et cubicarum duæ ultimæ repartitiones Tabulæ XXXIV præter Tabulam XXXV. et XXXVI. Sit v. g. extrahenda radix cubica ex numero

$$2284322013.$$

Scribatur hujus numeri loco minor tribus decimalibus

$$2284322,013$$

tum eſt in Tabula XXXVI. Cubus proxime minor

$$131^3 = 2248091$$

qui ſubtractus dat reſiduum

$$36231,013$$

proinde eſt

$$\begin{aligned} a^3 + b &= 2284322,013 \\ a^3 &= 2248091. \\ b &= 36231,013 \\ a &= 131 \end{aligned}$$

et

$$x = \frac{36231,013}{393.} \cdot \frac{1}{131 + x + xx : 3a.}$$

Jam eſt primo

$$\frac{36231,013}{393} = 92,19087 \ldots.$$

Proinde

$$\frac{92,19087}{131} = 0,7037 \ldots.$$

$$\frac{92,19087}{131,7037} = 0,69998 \ldots.$$

$$\frac{92,19087}{131,7\ldots} = 0,7\ldots\ldots$$

igitur
$$x = 0,7$$
$$a + x = 131,7.$$

Et radix quæſita $= 1317$, quæ hoc in exemplo præſefert exacte radicem cubicam de 2284322013.

§. 107. Formula
$$x = \frac{b}{3a}\cdot\frac{1}{a + x + xx : 3a}$$

x exprimit exacte; ac proinde applicari poteſt, quousque libuerit. Si autem radix cubica ſolum deſideretur ad 6, aut 7 notas decimales, ſumi poteſt ſimplicius
$$x = \frac{b}{3a}\cdot\frac{1}{a + x.}$$

Extrahenda ſit radix cubica ex
$$45873642 = a^3 + b.$$

Cubus proxime minor eſt
$$a^3 = 357^3 = 45499293$$

proinde differentia
$$b = 374349.$$

Jam eſt
$$\frac{b}{3a} = \frac{374379}{1071} = 349,53221\ldots\ldots$$

et
$$\frac{349,53221}{357} = 0,97\ldots$$
$$\frac{349,53221}{357,97} = 0,9764\ldots\ldots$$

Ac proinde radix quæſita
$$= 357,9764\ldots\ldots$$

Cæterum hic æque apte ſumi potuiſſet Cubus proxime major
$$a^3 = 358^3 = 45882712$$

quia hic a dato numero minus differt. Inde fuiſſet
$$b = -9070$$
$$\frac{b}{3a} = -\frac{9070}{1074} = -8,445065\ldots\ldots$$

$$\frac{-8,445065}{358} = -0,0235\ldots$$

$$\frac{-8,445065}{357,9765} = -0,023591.\ \text{et.}$$

et in radice $= 357,976409.$

Hi duo modi inquirendi radices documento ſunt, in quantum compendia calculi in his adhibita uſum habere poſſint.

VIII.

Tabula Numerorum Figuratorum.

§. 108. Hanc Tabulam non extendi amplius, quam admiſit ſpatium duarum columnarum octavi. Interea, in quantum extenditur, uſum habebit opportunum; quia plurimi ſunt caſus, ubi prodeſt præſentia numerorum figuratorum. Doctrina computandi veroſimilitudines illi ut plurimum innititur. Eodem modo utiliſſima eſt ad determinandos Coefficientes; ſicut etiam continet coefficientes formulæ binomialis *Neutoni*. Hæc Tabula eſt Triangulum *Paſchalis*; et reſpici poſſunt multæ proprietates notabiles illius *in Arte conjectandi* Jac. Bernoully. Hic ſufficiet, eam etiam inter reliquas tabulas hic oblatas contineri.

Cæterum æquationes numerorum cujusque columnæ ſunt:

I. x

II. $x.\frac{x+1}{2}$

III. $x.\frac{x+1}{2}.\frac{x+2}{3}$

IV. $x.\frac{x+1}{2}.\frac{x+2}{3}.\frac{x+3}{4}$

etc.

Pari ratione etiam ſe manifeſtant, ſi fractiones

$$\frac{1}{1-x},\ \frac{1}{(1-x)^2},\ \frac{1}{(1-x)^3},\ \frac{1}{(1-x)^4}\ \text{etc.}$$

reſolvantur in ſeries infinitas; item ſi a quantitatibus in ſeriem ordinatis $a, b, c, d, e,$ *etc.* ſumantur primæ, ſecundæ, tertiæ, etc. differentiæ; v. g. cum ſummis.

a				
b	$a+b$			
c	$b+c$	$a+2b+c$		
d	$c+d$	$b+2c+d$	$a+3b+3c+d$	
e	$d+e$	$c+2d+e$	$b+3c+3d+e$	etc.
f	$e+f$	$d+2e+f$	$c+3d+3e+f$	
etc.	etc.	etc.		

aut etiam

a	a	a	a
b	$a+b$	$2a+b$	$3a+b$
c	$a+b+c$	$3a+2b+c$	$6a+3b+c$
d	$a+b+c+d$	$4a+3b+2c+d$	$10a+6b+3c+d$
e	$a+b+c+d+e$	$5a+4b+3c+2d+e$	$15a+10b+6c+3d+e$
etc.	etc.	etc.	etc.

IX.

Tabula Interpolationum.

§. 109. HÆc Tabula eſt XXXVIII, quæ in quatuor repartionibus continet caſus magis obvios, ubi interpolantur quantitates. Problema generatim hoc eſt: *Ponuntur duæ Quantitates x, y eſſe hujus conditionis, ut ſi x habeat valores m, n, p, q, r,* etc. *habeatur $y = \alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon$,* etc. *Jam eſt æquatio inter x et y invenienda, quæ ſatisfaciat his conditionibus.* Quatuor caſus jam ſunt ſequentes: Tabula XXXVIII

1. $y = a + bx + cx^2 + dx^3 +$ etc.
2. $y = ax + bx^2 + cx^3 + dx^4 +$ etc.
3. $y = ax + bx^3 + cx^5 + dx^7 +$ etc.
4. $y = ax^2 + bx^4 + cx^6 + dx^8 +$ etc.

Hi quatuor caſus jam non ſunt permutandi. Ut plurimum in uſu ſunt formulæ prima et ſecunda. Quando autem adhibentur, ubi tertia aut quarta adhibenda eſſet, non devenitur cum illis tam longe, ut cum poſterioribus. Conſiderentur x ut Abſciſſæ, y ut ordinatæ lineæ curvæ. Jam ſi pro $x = 0$, ſit y aliquod Maximum vel Minimum, et curva ſibi utrinque ſimilis, converget formula quarta quam citiſſime. E contrario vero tertia hoc faciet, ſi pro $x = 0$, cadat y ad punctum converſionis (directionis) etc. Et in ambobus caſibus, ut generatim in omnibus quatuor caſibus fieri poteſt, ut nonnulli coefficientium fiant $= 0$.

§.

§. 110. Jam ſiquo in caſu occurrente formula adhibenda vere ſit finita, etiam coefficientes a, b, c, d, etc. quotquot eorum ſint, accurati determinari poſſunt. In caſu oppoſito in quolibet deerit quidquam. Et tum tantum curandum eſt, ut error ſit minimæ notæ. Hoc fit, quando valores pro x ſumpti: m, n, p, q, r, etc. magis accedunt inter ſe, et plures eorum ſumuntur ad computationem.

§. 111. Verum non quæruntur coefficientes a, b, c, etc. immediate; ſed datur ſeriei aſſumptæ alia forma, ponendo v. g. loco primæ ſeriei, hanc:

$$y = A + B\frac{x-m}{m} + C\frac{x-m}{m}\cdot\frac{x-n}{n} + \text{etc.}$$

Et tum coefficientes A, B, C, etc. ſecundum ordinem accurate determinari poſſunt, ponendo ſucceſſive $x = m, n, p, q, r$, etc. et

$$y = \alpha, \beta, \gamma, \delta, \varepsilon, \text{ etc.}$$

Prima repartitio offert coefficientes A, B, C, D tam determinatos, ut lex progreſſionis facile cognoſcatur; et ex inde, ubi neceſſe ſit, etiam definiri poſſint ſequentes. Tandem iidem hi caſus adhuc determinati ſunt pro caſu ſimpliciſſimo, ubi m, n, p, q, etc. $= 1, 2, 3, 4$, etc. Facile cognoſcitur, hic occurrere coefficientes formulæ binomiæ *Neutonianæ*. Idem valet de ſecunda repartitione.

§. 112. In repartitione tertia et quarta, ubi Exponentes de x ſemper creſcunt per 2, convenienter huic circumſtantiæ etiam aſſumptæ ſunt ſeries:

$$y = Ax + Bx.\frac{xx-mm}{mm} + \text{etc.}$$

$$y = Ax^2 + Bx^2.\frac{xx-mm}{mm} + \text{etc.}$$

Quia cum his ad duplum proceditur effectum.

Hic pro caſu, ubi m, n, p, q, r, etc. $= 1, 2, 3, 4, 5$ etc. ponitur, lex coefficientium non tam clare cognoſcitur. Interea ſi ulli, qui occurrunt in quarta repartitione, et qui ſunt

4				
6	15			
8	28	56		
10	45	120	210	
12	66	220	495	792
etc.				

quærantur in Tabula XXXVII, apparet, eſſe numeros figuratos ſumptos per ſaltus; ac proinde iterum numeros Formulæ binomiæ Neutonianæ. Diviſores: 12, 90, 560, 3150, 16632 ſunt

$$\begin{array}{rcl} 12 & = & 3.\ 4. \\ 90 & = & 6.\ 15. \\ 560 & = & 10.\ 56. \\ 3150 & = & 15.\ 210. \\ 16632 & = & 21.\ 792. \end{array}$$

Ac proinde producta numerorum Trigonalium 3, 6, 10, 15, 21, etc. et ultimorum coefficientium 4, 15, 56, 210, 792, etc.

§. 113. In tertia repartitione ſunt coefficientes

2
4 5
6 14 14
8 27 48 42
etc.

Hi quidem non inveniuntur in Tabula immediate; ſed facillime inde deduci poſſunt. Nam

1. Numeri Trigonales ſumpti per ſaltus: 6, 15, 28, etc. quilibet unitate minutus, exhibent hic columnam ſecundam 5, 14, 27, etc.

2. Tandem pro tertia columna eſt

$$\begin{array}{rcl} 14 & = & 20 - 6 \\ 48 & = & 56 - 8 \\ \text{etc.} \end{array}$$

Ac proinde tertia columna continet differentias numerorum pyramidalium & purorum itidem ſumptorum per ſaltus. Tertia columna continet differentias columnarum quartæ et ſecundæ, Tabulæ XXXVII, quæ itidem ſunt ex formula binomia *Newtoni*. Sic v. g. eſt

$$\left.\begin{array}{r} (1-1)^8 = 1 - 8 + 28 - 56 + 70 - 56 \\ - 1 + 8 - 28 + 56 \\ \hline 1 - 8 + 27 - 48 + 42. \end{array}\right| \text{etc.}$$

Et ita porro

$$\left.\begin{array}{r} (1-1)^{10} = 1 - 10 + 45 - 120 + 210 - 252 + 210 \\ - 1 + 10 - 45 + 120 - 210 \\ \hline 1 - 10 + 44 - 110 + 165 - 132 \end{array}\right| \text{etc.}$$

Diviſores 6, 30, 140, 630, etc. ſunt producta ex numeris Trigonalibus 3, 6, 10, 15, etc, et ultimis coefficientibus 2, 5, 14, 42, etc.

X.

X.

Tabula Dignitatum Serierum infinitarum.

Tab. XXXIX

§. 144. Ubi computandum eſt cum ſeriebus infinitis, ſæpe occurrunt caſus, ubi ſeries elevanda eſt ad Dignitates. Cumque hoc ſit labor longinquus, commodum eſt, ſi res tota computata ob oculos habeatur. Hoc præſefert Tabula XXXIX, reſpectu duarum ſerierum

$$y = a + bx + cx^2 + dx^3 + ex^4 + \text{etc.}$$
$$y = x + ax^2 + bx^3 + cx^4 + dx^5 + \text{etc.}$$

Interea uſus hujus Tabulæ ad hoc ſolum non reſtringitur, ſed tendit ad omnes ſeries, quæ facile mutari poſſunt in unam earum. Sic v. g. ſit ſeries

$$y = a + bz^2 + cz^4 + dz^6 + ez^8 + \text{etc.}$$

elevanda ad dignitates; poni poteſt

$$z^2 = x$$

et adhiberi poterit prima pagina Tabulæ.

§. 115. Pari ratione ſi detur

$$y = az + bz^3 + cz^5 + dz^7 + \text{etc.}$$

elevanda ad dignitates, ponitur itidem

$$z^2 = x$$

et habebitur

$$y : z = a + bx + cx^2 + dx^3 + \text{etc.}$$

Quæ eſt ſeries primæ paginæ Tabulæ. Proprie id agendum, ut coefficientes quorumvis membrorum dignitatum ſtatim excribi poſſint. Exponentes determinantur, poſito iterum z pro x, nullo negotio.

§. 116. Sit ſeries

$$y = z^2 + az^4 + bz^6 + cz^8 + \text{etc..}$$

Itidem ponitur

$$z^2 = x$$

et obtinetur

$$y = x + ax^2 + bx^3 + \text{etc.}$$

Series ſecundæ paginæ Tabulæ.

§.

§. 117. Detur

$$y = z + az^3 + bz^5 + cz^7 + \text{etc.}$$

Ponitur rurſus $z^2 = x$

et inde habetur

$$yz = x + ax^2 + bx^3 + cx^4 + \text{etc.}$$

Quæ itidem eſt ſeries paginæ ſecundæ Tabulæ.

§. 118. Sit

$$y = Ax + Bx^2 + Cx^3 + Dx^4 + \text{etc.}$$

fiat

$$y : A = x + \frac{B}{A} x^2 + \frac{C}{A} x^3 + \frac{D}{A} x^4 + \text{etc.}$$

$$= x + ax^2 + bx^3 + cx^4 + \text{etc.}$$

Et exſcriptis dignitatibus, multiplicantur rurſus ſecundum ordinem per A, A^2, A^3, etc.

Hi jam generatim ſunt caſus magis uſitati; et ex reductionibus hic adductis facile colligitur, in quantum hæc Tabula etiam reſpectu aliarum ſerierum adhiberi poſſit.

XI.

Tabula Dignitatum partium Decimalium, ab 0,01 *usque* 1,00.

§. 119. HÆc Tabula itidem uſum habet ampliſſimum. In ſeriebus infinitis fere ſemper ſumi debet quantitas variabilis minor unitate. Si proinde habeatur ſeries

$$y = a + bx + cx^2 + dx^3 + \text{etc.}$$

cujus ope y pro quovis valore de x determinari debet; poni poteſt pro x ſecundum ordinem

$$0{,}01;\ 0{,}02;\ 0{,}03;\ 0{,}04;\ \text{etc.}$$

Et cum inveniatur tandem x, x^2, x^3, x^4, exacte, x^5, x^6, x^7 . . . . . x^{11} autem ad 8 loca decimalia in Tabula; abſoluta eſt pars moleſtiſſima computationis; quia tum ſolum multiplicandum eſt per coefficientem. Et ita computari poſſunt amplæ Tabulæ.

§. 120. Si vero y tantum ſit inveniendum pro valore determinato de x, v. g. pro $x = 0{,}34853\ldots$ computatur y pro

$$x = 0{,}34;\ x = 0{,}35;\ x = 0{,}36;\ x = 0{,}37,\ \text{etc.}$$

Et tandem ſecundum informationem Tabulæ XXXVIII ſervire poteſt Interpolatio.

§. 121. Si conſiderentur numeri primæ columnæ ut numeri integri; numeri ſecundæ, tertiæ, et quartæ columnæ continent eorum Quadrata, Cubos, et Biquadrata exacte. In columna quinta deſunt pro Quadratocubo duæ notæ ultimæ, et pro quavis potentia altiore magis duæ notæ. Ex inde diſcerni poteſt pro omni caſu, in quantum acquieſci poſſit decimalibus expoſitis. Sic v. g. ſit ex dato numero extrahenda radix quinta, ſexta, ſeptima . . . undecima, fere ſemper adhiberi poteſt hæc Tabula ad inveniendas priores duas notas radicis. Reſecandæ fere ſunt adjecto debito numero zerorum, tot notæ poſteriores, quot loca deficiunt in Tabulæ columna ad hoc adhibenda; et ſic videri poteſt, inter quales numeros incidunt notæ reliquæ. Sic v. g. ex 135 extrahenda ſit radix ſeptima, annectuntur 7 zeri; 135,0000000. Jam in columna ſeptima deſunt 6 decimales. Ac proinde reſecantur 6 zeri, et reliquæ notæ evolutæ in columna ſeptima cadunt inter

$$x = 20 \quad x^7 = 1280 \ldots .$$
$$x = 21 \quad x^7 = 1801 \ldots .$$

ita ut tandem radix ſeptima de 135 paulo major ſit quam 2,0. Hoc itaque jam ſufficit ad adhibendam formulam approximationis tertiæ repartitionis Tabulæ XXXIV, quæ offert valorem pro $n = \frac{1}{7}$.

Tabula XXXIV

$$\sqrt[7]{(a+p)} = \frac{7a+4p}{7a+3p}.\sqrt[7]{a} + \frac{4}{343}\left(\frac{p}{a}\right)^3 \sqrt[7]{a} + \text{etc.}$$

Cum jam hoc in caſu ſit

$$135 = 128 + 7 = a + p$$
$$a = 128$$
$$p = 7$$
$$\sqrt[7]{a} = 2$$

erit radix

$$\sqrt[7]{135} = \frac{264}{131} + \frac{1}{16.128.128} + \text{etc.} = 2{,}0152676 \ldots :$$

Apparet, eam per hanc primam approximationem jam multum accedere ad accurationem.

§. 122. Hæc Tabula porro exhibet dignitates numerorum ab 1 usque 10 cum decimalibus intercidentibus. Sic v. g. ſint inveniendæ dignitates de 3,1; invenitur in Tabula debita cum annotatione partium decimalium

3,1

$3,1 = 3,1$
$3,1^2 = 9,61$
$3,1^3 = 29,791$
$3,1^4 = 92,3521$
$3,1^5 = 286,292..$
$3,1^6 = 887,50....$
$3,1^7 = 2751,3......$

Loca decimalia in Tabula omiſſa, hic punctis annotata ſunt; et ita modus, ut decimales ab integris diſtinguuntur, facile conſpicitur.

Tandem hanc Tabulam ad ſolutionem Æquationum ſecundum inſtructionem Tabulæ XXVII optimi uſus eſſe, liquet ſine admonitione mea. Sic etiam pro numeris 2, 3, 5 immediate; et pro 4, 6, 8, 10, 12 etc. mediate Tabula VII, VIII, et IX adhiberi poſſunt (§. 54.)

§. 123. Tandem Tabula XLI continet Radices quadraticas numerorum ab 1 usque 100 in 7 decimalibus. Et ex his radices quadraticæ numerorum 4, 9, 16 etc. vicibus majorum facile inveniuntur; et ex eodem fundamento Radices quadraticæ de **Tab. XLI.**

$$\sqrt{\tfrac{1}{2}},\ \sqrt{\tfrac{1}{3}},\ \sqrt{\tfrac{1}{4}},\ \sqrt{\tfrac{1}{5}} \text{ etc. } \ldots\ldots \sqrt{\tfrac{1}{100}}$$

et cum his etiam

$$\sqrt{\tfrac{2}{3}},\ \sqrt{\tfrac{3}{4}},\ \sqrt{\tfrac{2}{5}},\ \sqrt{\tfrac{3}{5}},\ \sqrt{\tfrac{2}{7}} \text{ etc.}$$

Quem in finem ſerviunt duæ primæ formulæ Tabulæ XLIII. **Tabula XLIII**

Tabula XLII exhibet radices quadraticas **Tabula XLII**

$$\sqrt{2},\ \sqrt{3},\ \sqrt{4},\ \ldots\ldots \sqrt{12}$$

et cum his etiam

$$\sqrt{\tfrac{1}{2}},\ \sqrt{\tfrac{1}{3}},\ \sqrt{\tfrac{1}{4}} \ldots\ldots \sqrt{\tfrac{1}{12}}$$

in talibus fractionibus, quarum quævis poſterior eſt accuratior, et accuratio cujusque ope differentiæ a proxime ſubſequente determinari poteſt.

Reliquæ quatuor formulæ Tabulæ XLIII per ſe ſunt claræ; et reſpectu uſus ſui magnam habent connexionem cum Tabulis XLI, XLII, XXXIV, et XXXV.

I. H. LAMBERT

SUPPLEMENTA TABULARUM LOGARITHMICARUM ET TRIGONOMETRICARUM.

TAB. I.

NUMERORUM
AB UNITATE AD 102000
PROGREDIENTIUM
PER 2, 3, 5 NON DIVISIBILIUM
DIVISORES
SI QUI DANTUR
MINIMI.

TAB. I. DIVISORES

α	0	3..	6..	9..	12..	15..	18..	21..	24..	27..
1	—	7	—	17	—	19	—	11	7^4	37
7	—	—	—	—	17	11	13	7*p*	29	—
11	—	—	13	—	7	—	—	—	—	—
13	—	—	—	11	—	17	7*n*	—	19	—
17	—	—	—	7	—	37	23	29	—	11*g*
19	—	11	—	—	23	7*m*	17	13	41	—
23	—	17	7	13	—	—	—	11	—	7
29	—	7	17	—	—	11	31	—	7	—
31	—	—	—	7*i*	—	—	—	—	11*g*	—
37	—	—	7*g*	—	—	29	11	—	—	7*b*
41	—	11	—	—	17	23	7	—	—	—
43	—	7^3	—	23	11	—	19	—	7	13
47	—	—	—	—	29	7*g*	—	19	—	41
49	7	—	11	13	—	—	43	7	31	—
53	—	—	—	—	7	—	17	—	11	—
59	—	—	—	7	—	—	11*g*	17	—	31
61	—	19	—	31	13	7	—	—	23	11
67	—	—	23	—	7	—	—	11	—	—
71	—	7	11	—	31	—	—	13	7	17
73	—	—	—	7	19	11*g*	—	41	—	47
77	7	13	—	—	—	19	—	7	—	—
79	—	—	7	11	—	—	—	—	37	7
83	—	—	—	—	—	—	7	37	13	11*k*
89	—	—	13	23	—	7	—	11	19	—
91	7	17	—	—	—	37	31	7	47	—
97	—	—	17	—	—	—	7	13^3	11	—

β	1..	4..	7..	10..	13..	16..	19..	22..	25..	28..
1	—	—	—	7*f*	—	—	—	31	41	—
3	—	13	19	17	—	7	11	—	—	—
7	—	11	7	19	—	—	—	—	23	7
9	—	—	—	—	7*f*	—	23	47	13	53
13	—	7	23	—	13	—	—	—	7	29
19	7	—	—	—	—	—	19	7	11	—
21	11	—	7	—	—	—	17	—	—	7*g*
27	—	7	—	13	—	—	41	17	7*i*	11
31	—	—	17	—	11^3	7	—	23	—	19
33	7	—	—	—	31	23	—	7*f*	17	—
37	—	19	11	17	7	—	13	—	43	—
39	—	—	—	—	13	11	7	—	—	17
43	11	—	—	7	17	31	29	—	—	—
49	—	—	7	—	19	17	—	13	—	7*f*

γ	2..	5..	8..	11..	14..	17..	20..	23..	26..	29..
3	7	—	11	—	23	13	—	7q	19	—
9	11	—	—	—	—	—	7o	—	—	—
11	—	7	—	11	17	29	—	—	7	41
17	7	11	19	—	13	17	—	7	—	—
21	13	—	—	19	7l	—	43	11	—	23
23	—	—	—	—	—	—	7b	23	43	37
27	—	17	—	7k	—	11	—	13	37	—
29	—	23	—	—	—	7g	—	17	11	29
33	—	13	7b	11	—	—	19	—	—	7
39	—	7f	—	17	—	37	—	—	7g	—
41	—	—	29	7	11	—	13	—	19	17
47	13	—	7f	31	—	—	23	—	—	7
51	—	19	23	—	—	17	7	—	11	13
53	11	7	—	—	—	—	—	13	7	—
57	—	—	—	13	31	7	11b	—	—	—
59	7	13	—	19	—	—	29	7	—	11
63	—	—	—	—	7f	41	—	17	—	—
69	—	—	11	7	13	29	—	23	17	—
71	—	—	13	—	—	7f	19	—	—	—
77	—	—	—	11	7	—	31	—	—	13
81	—	7	—	—	—	13	—	—	7	11
83	—	11	—	7g	—	—	—	—	—	19
87	7	—	—	—	—	—	—	7f	—	29
89	17	19	7	29	—	—	—	—	—	7t
93	—	—	19	—	—	11	7g	—	—	41
99	13	—	29	11	—	7	—	—	—	—

β	1..	4..	7..	10..	13..	16..	19..	22..	25..	28...
51	—	11	—	—	7	13	—	—	—	—
57	—	—	—	7	23	—	19	37	—	—
61	7	—	—	—	—	11	37	7b	13	—
63	—	—	7	—	29	—	13	31	11	7
67	—	—	13	11	—	—	7	—	17	47
69	13	7	—	—	37	—	11	—	7	19
73	—	11	—	29	—	7	—	—	31	13b
79	—	—	19	13	7	23	—	43	—	—
81	—	13	11	23	—	41	7	—	29	43
87	11	—	—	—	19	7	—	—	13	—
91	—	—	7	—	13	19	11	29	—	7s
93	—	17	13	—	7	—	—	—	—	11
97	—	7	—	—	11	—	—	—	7r	—
99	—	—	17	7	—	—	—	11i	23	13

α	30..	53..	36..	39..	42..	45..	48..	51..	54..	57..
1	—	—	13	47	—	7	—	—	11	—
7	31	—	—	—	7	—	11 i	—	—	13
11	—	7 f	23	—	—	13	17	19	7	—
13	23	—	—	7 g	11	—	—	—	—	29
17	7	31	—	—	—	—	—	7 h	—	—
19	—	—	7 f	—	—	—	61	—	—	7 i
23	—	—	—	—	41	—	7 g	47	11 h	59
29	13	—	19	—	—	7	11	23	61	17
31	7	—	—	—	—	23	—	7	—	11
37	—	47	—	31	19	13	7	11	—	—
41	—	13	11	7	—	19	47	53	—	—
43	17	—	—	—	—	7 f	29	37	—	—
47	11	—	7	—	31	—	37	—	13	7
49	—	17	41	11	7	—	13	19	—	—
53	43	7	13	59	—	29	23	—	7 i	11
59	7 i	—	—	37	—	47	43	7 f	53	13
61	—	—	7	17	—	—	—	13	43	7
67	—	7 g	19	—	17	—	31	—	7 f	73
71	37	—	—	11 i	—	7	—	—	—	29
73	7	—	—	29	—	17	11	7	13	23
77	17	11	—	41	7 g	23	—	31	—	53
79	—	31	13	23	11	19	7 h	—	—	—
83	—	17	29	7	—	—	19	71	—	—
89	—	—	7 h	—	—	13	—	—	11	7
91	11	—	—	13	7	—	67	29	17 i	—
97	19	43	—	7	—	—	59	—	23	11 h

β	31..	34..	37..	40..	43..	46..	49..	52..	55..	58..
1	7	19	—	—	11 h	43	13 l	7	—	—
3	29	41	7 k	—	13	—	—	11 p	—	7
7	13	—	11	—	59	17	7	41	—	—
9	—	7	—	19	31	11	—	—	7	37
13	11	—	47	—	19	7	17	13	37	—
19	—	13	—	—	7	31	—	17	—	11 k
21	—	11	61	—	29	—	7 i	23	—	—
27	53	23	—	—	—	7	13	—	—	—
31	31	47	7 g	29	61	11	—	—	—	7 h
33	13	—	—	37	7	41	—	—	11	19
37	—	7	37	11	—	—	—	—	7 F	13
39	43	19	—	7	—	—	11	13 m	29	—
43	7	11	19	13	43	—	—	7 D	23	—
49	47	—	23	—	—	—	7 B	29	31	—

α	32..	35..	38..	41..	44..	47..	50..	53..	56..	59..
3	—	31	—	11	7 b	—	—	—	13	—
9	—	11 l	13	7	—	17	—	—	71	19
11	13 i	—	37	—	11	7	—	47	31	23
17	—	—	11	23	7	53	29	13	41	61
21	—	7	—	13	—	—	—	17	7 f	31
23	11	13	—	7 i	—	—	—	—	—	—
27	7	—	43	—	19	29	11	7	17	—
29	—	—	7	—	43	—	47	73	13	7 f^2
33	53	—	—	—	11 g	—	7	—	43	17
39	41	—	11	—	23	7	—	19	—	—
41	7	—	23	41	—	11	71	7 E	—	13
47	17	—	—	11 g	—	47	7 C	—	—	19
51	—	53	—	7	—	—	—	—	—	11
53	—	11 b	—	—	61	7 A	31	53	—	—
57	—	—	7 i	—	—	67	13	11	—	7 k
59	—	—	17	—	7 g	—	—	23	—	59
63	13	7	—	23	—	11	61	31	7	67
69	7	43	53	11	41	19	37	7 g	—	47
71	—	—	7 x	43	17	13	11	41	53	7
77	29	7 w	—	—	11 n	17	—	19	7	43
81	17	—	—	37	—	7	—	—	13 i	—
83	7 u	—	11	47	—	—	13 b	7	—	31
87	19	17	13 k	53	7	—	—	—	11 q	—
89	11 g	37	—	59	67	—	7	17	—	53
93	37	—	17	7	—	—	11	—	—	13
99	—	59	7	13 b	11	—	—	—	41	7

β	31..	34..	37..	40..	43..	46..	49..	52..	55..	58..
51	23	7 b	11 m	—	19	—	—	59	7 g	—
57	7 f	—	13 b	—	—	—	—	7	—	—
61	29	—	—	31	7 z	59	11 o	—	67	—
63	—	—	53	17	—	—	7	19	—	11 g
67	—	—	—	7 y	11	13	—	23	19	—
69	—	—	—	13	17	7 k	—	11	—	—
73	19	23	7 f	—	—	—	—	—	—	7
79	11 b	7 v	—	—	29	—	13	—	7	—
81	—	59	19	7 f	13	31	17	—	—	—
87	—	11	7	61	41	43	—	17	37	7 l
91	—	—	17	—	—	—	7 k	11 g	—	43
93	31	7	—	—	23	13 i	—	67	7 b	71
97	23	13	—	17	—	7 f	19	—	29	—
99	7	—	29	—	53	37	—	7	11	17

6000

α	60	63	66	69	72	75	78	81	84	87
1	17	—	7 k	67	19	13	29	—	31	7 f
7	—	7 h	—	—	—	—	37	11 u	7	—
11	—	—	11	—	—	7 l	73	—	13	31
13	7	59	17	31	—	11	13	7 i	47	—
17	11	—	13	—	7	—	—	—	19	23
19	13	71	—	11 h	—	73	7	23	—	—
23	19	—	37	7 k	31	—	—	—	—	11 g
29	—	—	7	13 o	—	—	—	11	—	7 l
31	37	13	19	29	7	17	41	47	—	—
37	—	—	—	7	—	—	17	79	11 g	—
41	7	17	29	11	13	—	—	7	23	—
43	—	—	7 g	53	—	19	11 k	17	—	7
47	—	11	17 k	—	—	—	7 i	—	—	—
49	23	7	61	—	11	—	47	29	7 h	13
53	—	—	—	17	—	7 g	—	31	79	—
59	73	—	—	—	7 h	—	29	41	11	19
61	11 i	—	—	—	53	—	7	—	—	—
67	—	—	59	—	13 p	7 k	—	—	—	11
71	13	23	7	—	11	67	17	—	43	7 R
73	—	—	—	19	7	—	—	11	37	31
77	59	7	11	—	19	—	—	13 h	7 Q	67
79	—	—	—	7	29	11 g	—	—	61	—
83	7 f	13	41	—	—	—	—	7 P	17	—
89	—	—	—	29	37	—	7 k	19	13	11 h
91	—	7 f	—	—	23	—	13	—	7	59
97	7 g	—	37	—	—	71	53	7	29	19

β	61	64	67	70	73	76	79	82	85	88
1	—	37	—	—	7 L	11	—	59	—	13
3	17	19	—	47	67	—	7	13	11	—
7	31	43	19	7 fg	—	—	—	29	47	—
9	41	13 h	—	43	—	7	11	—	67	23
13	—	11 r	7 I	—	71	23	41	43	—	7
19	29	7 H	—	—	13	19	—	—	7	—
21	—	—	11 g	7 h	—	—	89	—	—	—
27	11	—	7 m	—	17	29	—	19	—	7 g
31	—	59	53	79	—	13	7 f	—	19	—
33	—	7	—	13	—	17	—	—	7 k	11 w
37	17 i	41	—	31	11 k	7	—	—	—	—
39	7	47	23	—	41	—	17	7 f	—	—
43	—	17	11	—	7	—	13 q	—	—	37
49	11 g	—	17	7 i	—	—	—	73	83	—

γ	62	65	68	71	74	77	80	83	86	89
3	—	7	—	—	11	—	53	19 k	7	29
9	7	23	11	—	31	13	—	7	—	59
11	—	17	7 K	13	—	11	—	—	79	7 i
17	—	7 i	17	11	—	—	—	—	7	37
21	—	—	19	—	41	7	13	53	37	11
23	7 G	11	—	17	13	—	71	7 l	—	—
27	13	61	—	—	7	—	23	11	—	79
29	—	—	—	—	17 i	59	7 m	—	—	—
33	23	47	—	7	—	11 i	29	13	89	—
39	17	13	7	11 s	43	71	—	31	53	7
41	79	31	—	37	7	—	11 b	19	—	—
47	—	—	41	7	11	61	13	17	—	23
51	7 i	—	13 b	—	—	23	83	7	41	—
53	13 n	—	7 f	23	29	—	—	—	17	7
57	—	79	—	17	—	—	7	61	11	13 r
59	11	7	19^3	—	—	—	—	13	7	17 m
63	—	—	—	13 i	17	7	11	—	—	—
69	—	—	—	67	7 f	17	—	—	—	—
71	—	—	—	71	31	19	7	11	13 k	—
77	—	—	13 k	—	—	7 f	41	—	—	47
81	11	—	7	43	—	31	—	17 l	—	7
83	61	29	—	11	7	43	59	83	19	13
87	—	7	71	—	—	13	—	—	7 b	11 i
89	19	11	83	7 g	—	—	—	—	—	89
93	7 l	19	61	—	59	—	—	7 f	—	17 k
99	—	—	—	23	—	11	7 g	37	—	—

β	61	64	67	70	73	76	79	82	85	88
51	—	—	43	11	—	7	—	37	17	53
57	47	11	29	—	7	13 i	73	23	43	17
61	61	7 g	—	23	17	47	19	11	7	—
63	—	23	—	7	37	79	—	—	—	—
67	7	29	67	37	53	11 b	31	7	13	—
69	31	—	7	—	—	—	13	—	11 i	7 S
73	—	—	13	11	73	—	7 b	—	—	19
79	37	11 i	—	—	47	7	79	17	23	13
81	7	—	—	73	11 t	—	23	$7g^2$	—	83
87	23	13	11	19	83	—	7 O	—	31	—
91	41	—	—	7	19	—	61	—	11 v	17
93	11	43	—	41	—	7 N	—	—	13	—
97	—	73	7	47	13	43	11	—	—	7 m
99	—	67	13	31	7 M	—	19	43	—	11

TAB. I. DIVISORES

α	90	93	96	99	102	105	108	111	114	117
1	—	71	—	—	101	—	7	17	13	—
7	—	41	13	—	59	7 i	101	29	11 h	23
11	—	—	7	11 h	—	23	19	41	—	7^2
13	—	67	—	23	7	—	11	—	101	13 h
17	71	$7f^2$	59	47	17	13	29	—	7^2	—
19	29	—	—	7 g	11	67	31	—	19	—
23	7	—	—	—	—	17	79	7^2	—	19
29	—	19	—	—	53	—	7^2g	31	11	37
31	11	7 m	—	—	13	—	—	—	7 k	—
37	7	—	23	19	29	41	—	7 n	—	11^2
41	—	—	51	—	7^2f	83	37	13	17	59
43	—	—	—	61	—	13	7	11	—	—
47	83	13	11	7^3	—	53	—	71	—	17
49	—	—	—	—	37	7 f	19	—	107	31
53	11	47	7 K	37	—	61	—	19^2	13	7 k
59	—	7 T	13	23	—	—	—	—	7	11
61	13 h	11 k	—	7	31	59	—	—	73	19
67	—	17 i	7	—	—	—	—	13	—	7 o
71	47	—	19	13^2	—	11 m	7	—	—	79
73	43	7 g	17	—	—	97	83	—	7 f	61
77	29	—	—	11	43	7	73	—	23	—
79	7	83	—	17	19	71	11 k	7	13	—
83	31	11	23	67	7 g	19	—	53	—	—
89	61	41	—	7	—	—	—	67	—	—
91	—	—	11	97	41	7 h	—	19^3	—	13
97	11	—	—	13	7	—	17	—	—	47

β	91	94	97	100	103	106	109	112	115	118
1	19	7 h	89	73	—	—	11	23	7 m	—
3	—	—	31	7	—	23	—	17	—	11 l
7	7	23	17	—	11	—	13	7	37	—
9	—	97	7 i	—	13^2	103	—	11	17	7^2
13	13	—	11	17 i	—	—	7	—	29	—
19	11	—	—	43	17	7 n	61	13	—	53
21	7	—	—	11	—	13 i	67	7^2	41	—
27	—	11	71	37	23	—	7^2	103	—	—
31	23	—	37	7	—	—	17	11	13	—
33	—	—	—	79	—	7^3	13 l	47	19	—
37	—	—	7 g	—	—	11	—	17	83	7 i
39	13 i	—	—	—	7^2	—	—	—	11	—
43	41	7 i	—	11^2	—	29	31	—	7 h	13
49	7	11	—	13	79	23	—	7	—	17^2

γ	92	95	98	101	104	107	110	113	116	119
3	—	13 b	—	—	101	7 f	—	89	41	—
9	—	37	17	11	7	—	101	43	13 i	—
11	61	—	—	—	29	—	$7f^2$	—	17	43
17	13	31	—	67	11	7	23	—	—	17
21	—	—	7 k	29	17	71	103	—	—	7 g
23	23	89	11 i	53	7	—	73	13^2	59	—
27	—	7	31	13 i	—	17	—	47	7 f	—
29	11	13	—	7	—	—	41	—	29	79
33	7	—	—	—	—	—	11 b	7	—	—
39	—	—	—	—	11 g	—	7 i	17 k	103	—
41	—	7 l	13	—	53	23	61	11	7	—
47	7	—	43	73	31	11	—	7	19	13
51	11 l	—	—	—	7	13	43	—	61	17 i
53	19	41	59	11 g	—	—	7	—	43	—
57	—	19	—	7	—	31	—	41	—	11
59	47	11 x	—	—	—	7 l	—	37	89	—
63	59	73	7	—	—	47	13 k	11	107	7
69	13 k	7	71	—	19^2	11^2	—	—	7	—
71	73	17	—	7	37	—	—	83	11	—
77	—	61	7 b	—	—	13	11 i	31	—	7 l
81	—	11 g	41	—	47	—	7	19	—	—
83	—	7 n	—	17	11	41	—	—	7	23
87	37	—	—	61	—	7 k	—	59	13 l	—
89	7	43	11 l	23	17	—	13	7	—	19
